


XIV, 10.


4, 16.

6

ECCARDI LEICHN'ERI
Saltzunga-Thuringi, D. & Prof.
Med. in antiqua Erfurtina,

DE

PHILOSOPHICA
SCHOLARVM EMEN-
DATIONE
JSAGOGICON.

ERFURTI

Impensis IOHANNIS BIRCKNERI,

Typis Pauli Michaelis.

Anno 1652.

05 Sinis

LEONARDI L. MICHELI
Schedulae Typographicae
et Typographicae

PHILOSOPHICA
SCHOLARUM EMER.
DATONE
TRAGGICOM.

ERRATA
Typographicae
Anno 1771

A
J
m
pr
ti
gr
cip
re.
ull
da
ve
ra
fan
ro
tie



•••••
•••••

Ad veræ sapientiæ amantem
lectorem

PRÆMONITIUNCULA.

JSagogicon hoc ut boni ominis er-
go seorsim ederem, non unâ motus
sum causa: primò namque hos po-
tius imitari decuit, qui magni
momenti opera timidiusculè, nec sine
præludiis, periculosum iter pedeten-
tim, nec sine prævio exploratore, ag-
grediuntur; quàm aliorum more præ-
cipiti ausu plenum ad conatum prorue-
re. Non me fugit quàm ardua res sit,
ulla parte tentata Scholarum emen-
datio: neque immeritò eorum terreor
vestigis, quorum simili sine suscepta cu-
ra parum olim feliciter cessit: obver-
santur animo meo tot annorum attritu
roborati pedes, venerabilis cani-
ties, splendidissima stola, peram-
plis-

dispicerent, quid ipsi hic antē me præ-
stare cūm eruditionis ratione possint,
tūm officii ratione debeant: neque e-
nim perversā ad eō mente sum, ut pu-
tem, mihi soli datum esse, eum ad fi-
nem cum primis requisitum, EX-
PEDITUM NATURÆ LUMINIS USUM;
à meis lucubrationibus suspendenda es-
se vota, tanquam sine me Scholis hac in
parte non liceat esse beatioribus. Lon-
gè diversum & prodromus hic, &
Deo volente secuturus, principalis
labor condere faciet.

O quàm ex animo velim, eos, quibus
ad hæc alia plus est otii & commodi-
tatis reliqua, cateruatim me in hoc sta-
dio præcurrere! quàm malle transi-
gendis Chimiatrici fori, laborantis
rei Medicæ, causis, quæ indies nume-
rosiores occurrunt, impensius vacare.

Ut autem animus sit has ad tempus
negligere quæ antenus: ut etiam illuc
egregium quid conferre posse videar,

1074

non me totum tamen, sed subcesivas
tantum horas istis meditationibus di-
care queo: Unde, esto fatali die non
præveniatur, nonus fortassis annus ante
adfuerit, quam omnes, quos hic spon-
deo, libelli lucem videant.

Non hæc eò dico, quod deinceps resi-
lire à proposito, aut multum rogari cu-
piam: sed ut paratiora ingenia vel hoc
modo ad similes conatus alliciam: quã
obrem nec dubitavi, omne meum de re-
ctæ rationis lumine ab impedimen-
tis salvando consilium & consilii pe-
netrale, quoad in genere brevibus-
que lineis potui, sincerè hic manife-
stare: summo id ducturus lucro, si, dum
ceptæ ego tela Dei ope pertexenda im-
moror, quam plurimi interim exsur-
gant æmulatores, qui rem omnem
melius longè peragant: quemadmo-
dum etiam fore hinc spero, ut eâ in pa-
lestra exercitiores abditas hæcte-
nus animi sui divitias citius ad usum

convertant, quam à me de non agnitâ
possessione amplius commonefiant, ne-
que, si antiquum porrò obtineant,
cum dedecore olim experiantur, alte-
rius Musis acceptum referri in lucem
data verioris Philosophiæ Statuta, de
quibus ipsi nihilominus dicturi postmo-
dum sint: hæc & nos sciebamus.

Sanctè utique obligati omnes sumus,
ut, in meram Domini nostri gloriã,
solicite curemus JOSEPHI INCOMMO-
AD: quamvis, meo consilio obtempe-
raturi, tamen legitime, uti reor, præ-
caverint, ne quid suis laudibus dece-
dat, meive in prærogativam acce-
dat aliquando.

Hæc de præliminaris huius instituti
ratione. De re ipsa, quam, uti par est,
æquo tuo judicio omni ex parte submit-
to, nihil habeo quod hic moneam, nisi
unum hoc, ut ne diædixõs interser-
tam, in se quidem brevem atque sim-
plicem, instituto tamen non paulò am-
plio.

pliozem, analysin Theologica discepta-
tionis de necessitate B. O. ad Salu-
tem, vitio mihi veritas. Morem eâ in
re gessi amicis, dudum petentibus, edi-
to scripto explicatius ostenderẽ, quàm
nulla (quod quidem per discursum an-
te hac asserueram) nisi apparens, b.
e. dialectica, ibi difficultas sit, quæ
solâ Fidei & B. O. definitione, unâ
cum verò quæstionis nervo probe
observatò, facile evanescat. Qui-
bus hac ipsa occasione aliquatenus gra-
tificari tantò votui libentius, quò idem
argumentum proposito meo illustrando
seu dignius seu convenientius visum
est. Utinam verò vel exigua hac demis-
sioris undæ stilla nonnihil faceret ad
temperandum, ne restringendum dicã,
tàm indignè tamq; presenti cum Eccle-
siæ malo gliscentis incendii fervorem!
Quicquid eius sit, moderatus certè ac-
currenti conatus me haud dedecet:
neque adversus eos, qui falcem in a-

A S

lie-

lienam meam hic immittam di-
cent fortè, ulterius me excusam ante
opus est, quàm in orthodoxiam me im-
pegisse monstraverint. In cæteris, &
si præsertim Poëta illud obnuntiandum
videatur: Obscurus fio dum brevis
esse volo, excusatum me dabit scopi
atque temporis angustia.

Vale, Lector Benevole, & Misera-
torem nostrum calidis mecum precibus
obcestari ne cessa, dignetur afflictissi-
mam suam Ecclesiam optatè felicibus
undiq; Seminariis recreare.

QUOD



QUOD ÆTERNA SAPI-
ENTIA in Nominis sui glo-
riam & Christianæ omnis Reip.
Salutem, BENEVERTAT,

*Successu temporis prodituri
operis.*

De
Philosophica Scholarum
Emendatione

JSAGOGICON.



Um multa sunt ad
meliorem Schola-
rum florem neces-
saria media, tùm
hoc unum maxi-
mè requisitum, *reliquorum ve-
luti compendium*, ut ij, quorum
officii ratione interest, nunquã
non sollicitè recondentur, ad-

*Pro Scho-
larum. Bo-
no summo
necessaria
Cõsidera-
tio.*

A 6

ver.

vertant, medirentur, *quanti*,
quantimomentiæ, siquidem om-
 ni ex parte rectè se habeant,
bonum sint, secumque ferant;
quanti etiam *malum*, si sequius
 fuerint comparatæ: bonum in-
 quam & malum in Ecclesiam,
 Politiam, domos promptè u-
 berrimèque redundans: quàm
 gravis vindici Deo ratio reddenda
 de ipsius (quæ pro largiori o-
 lim messe hic cum primis virere,
 florere debet) Gloriæ publiciq;
 Boni defraudatione, de minus
 sollicitâ Juventutis educatione,
 de datis vel permissis ibi deterio-
 ris doctrinæ vitæve scandalis.

Sic enim Scholarum primò
Nutricii, Curatores ac Patroni
 non nisi (per solidam, pro re-
 nata, eruditionem, vitæque re-
 ctioris laudem) idoneis viris,
 qui spartam suam scordatè sint
 ornaturi, perarduū committe-
 rent docendi munus, advigila-
 rent

rent insuper, ne debitis *hi* unquam destituantur adminiculis neque grave ullum doctrinae vel disciplinae ingrueat detrimentum.

Sic Parentes, qui suos liberos bonarum artium mercaturae destinarunt, propositi gravitatem & ipsi ponderarent & suis ab ineunte aetate sedulo inculcarent.

Sic Docentes identidem exarscissent in fideliter faciendo officio, nullaque non occasione data sibi commissam juventutem paternè admonerent de ardua stationis suae praestantia & quod *inani in scientia* neutiquam consistat *genuina felixque sapientia*; adhuc cum meliorum dogmatum, tum vivi exempli beneficio, ad expeditè decurrendam solidae eruditionis & virtutis viam praerire sedulo niterentur: neque aliud quicquam huic fini anteferrent unquam.

Sic item Discipulos, qui illorum ab ore & more, *centenella arbor ab hortulani manu*, pendunt, tanquam cum materno lacte eandem considerationem imbiberent, sui que DIC CVR HIC vix unquam obliti, non minus *probitatis* quam *literarum* studio, libentius se manciparent, palmarem ducentes libertatem, si bonis legibus subsint, cetera verae solidioris informationis sementi atque frugignaviter addicti.

Sic denique *sacrorum Mysteriorum Dispensatores*, qui horum illorumque conscientias, ea quae ad pacem consulere debent, *pro sui muneris ratione* animadvertenda vigilanter animadvertent.

Peperam negligi solet.

Longè, longè *inquam*, melius res undiq; ageretur, si tantum ponderis, *cuivis verè* est, nusquam non animatus haberetur: ut asseverare

rare

ra
lis
ha
sec
neg
dic
du
v
re
m
let
re
te
va
ia
no
ve
ni
pe
fu
ta
fi
d
n



rare ausim, *omne*, quod in Scho-
lis & exinde satis Hierarchiis
haud rarò succrescit, *malum per*
securum dictæ considerationis
neglectum, ceu germen à sua ra-
dice, *suboriri, foveri, nutrir*:
dum nempe, in constituendis
v. g. Docentibus, posthabitis fe-
rè intimioribus requisitis, *ad*
merè extraneas respici causas so-
let, non advertendo, *hunc erro-*
rem post longè lateque serpen-
tem Christianæ Reip. pestem e-
vadere: dum item multi parum
interesse putant, quâ rectitudi-
ne vel irrectitudine, quo zelo
vel tepore *huc spectans* vocatio-
nis opus transigant; modo ne
prætextus, exemplum, applau-
sus, &c. desit.

Graviter dolere atq; lamen-
tari assolimus, si in publicis of-
ficiis constituti, non sine scan-
dalo inque plures redundante
noxâ, rem malè gerunt: Verum,

Etiam ab
his qui ne-
glectus fru-
ctum dete-
stantur.

i illo-
tenella
, pen-
aterno
onem
CVR
, non
litera
nanci-
ntes li-
is sub-
oris in-
ne fru-

Myste-
qui boi
atiis, ea
lebent,
nimad-
adver-

melius
ti pon-
iam nò
asseve-
rare

si, quantum in se, non laborat
 unusquisq; in prima eiuscemo-
 di malorum scaturigine (qualis
 vel maximè est neglectior Scho-
 lasticæ plantationis & irrigatio-
 nis cura) advertendâ & sustol-
 lendâ, nã ipsi in culpa sumus &
 immeritò querimur. Nec quis-
 quam nostrum bona conscien-
 tia asseverare vel gloriari pote-
 rit, ex animo se velle & in votis
 habere, ut Scholis indeque refi-
 ciendis Sacris ordinibus quàm
 optimè sit; ut studiosa pubes ad
 Divinæ gloriæ, virtutis & veræ o-
 mnis eruditionis metam felici-
 ter perducatur; ut nec solidæ
 SCIENTIÆ, nec FIDELITATIS
 laus deficiat in Theologis, Eccle-
 siarum Artistibus, Pastoribus,
 Diaconis: in Reipub. & iustitiæ
 administratoribus, Consiliariis,
 Senatoribus, Advocatis, Medicis,
 tribuum, questuararum & erario-
 rum præfectis, futuris item ju-
 ven-

*ventutis Moderatoribus &c. nisi
provocationis atq; status quis-
que sui ratione sedulò accuret,
ne eius Boni FONNS (expeditus
puta verae doctrinae cursus, cum
elegantiori morum disciplina)
& MEDIA uspiam desiderentur:
tantum verò accurabit, quan-
tum intentus erit ad rei magni-
tudinem jugiter animo volven-
dam.*

Sed hinc mihi obnunciabit for-
tè aliquis, reliquâ solum scho-
larum ex parte (ut de Honestatis
atque Pietatis, de Linguarum,
deque Superiorum, quas appel-
lare suevimus, *Facultatum stu-
dio*) valida esse quæ monui;
quoad Philosophicas verò Disci-
plinas non item: Videmus nam-
que has plerumq; minoris lon-
gè, ac debebant, æstimari: tan-
quam non sint certis circumse-
ptæ cum scientiæ tum conscien-
tiæ legibus, queis docentem unâ
cum

*Fons ma-
lorū quib.
laborant
Scholæ
Philoso-
phicæ.*

eum *discente* adstrictum esse o-
 porteat : plurimorum de sen-
 tentiâ parum vel nihil decedit
 Divinæ gloriæ, nihil conscien-
 tiæ rectitudinî, nihil ulteriori
 Scholarum felicitati, nihil Ec-
 clesiæ & Reip. bonis, si maximè
 Philosophantibus nec solidum
 sollicitumque tradendæ verita-
 tis studium, nec urgentior do-
 ctrinæ scopus magnoperè cordi
 sit; sed trita solum via, vel quic-
 quid alias magis placet : ex ad-
 missis hic erroribus nihil *puta-
 tur* metuendum esse periculi
 aut, publicè quod incommodet,
 detrimenti : Philosophorum di-
 gladiationes nihil attinere ad æ-
 ternæ Salutis rem, ad multitu-
 dinis gubernationem, adq; do-
 mesticam prosperitatem : tali
 illos gaudere libertate, uti, *si mo-
 dò eruditis velitationibus ingenia
 excolant*, cætera parum referat,
 sintne vel videantur solum vera
 quæ

quæ adserunt & propugnant &c.
 Enimverò, hoc ipsum, *nescio no-*
bis indignius an perniciosius,
πεῖσιν ἰσχυρῶς, abundè | manife-
 stum reddit, quàm validè & *ibi*
 militent, quæ de frigidius æsti-
 mato, fervidius curando, *Scho-*
larum bono ab initio dixi; ut quò
 stante mirum haud est, *γνώσιον*
 Philosophiæ normam & finem
 in perexiguo esse observationis
 pretio, nullum non eius mo-
 mentum sub humani ingenioli
 ludibrium dejici, ingens dispu-
 tationis *apodictica & non apodi-*
ctica intervallum, quo de infe-
 rius, pro nullo ferè haberi, ne-
 fandam alios sectandi & præcõ-
 ceptibus insiftendi libidinem in
 scientiarũ viscera impunè graf-
 sari, erroneam Philosophiam
 cum vera insigaiter confundi,
 quibusvis deniq; difficultatibus
 & impedimentis, quæ *hec & in-*
de alia quoque studia premunt,
 tutum

*Eorundem
 ulterior
 designatio.*

De o-
 sen-
 cedit
 cien-
 riori
 il Ec-
 ximè
 idum
 erita-
 r do-
 cordi
 quic-
 x ad-
 puta-
 riculi
 odet,
 m di-
 ad x-
 ltitu-
 q; do-
 : tali
 si mo-
 genia
 ferat,
 n vera
 quæ

*Vera Phi-
losophia
quanti
momenti
Bonum.*

tutum semper remanere locum.
Neque horum, nocentissimorum
profecto, malorum ullum spera-
re modum aut finem licet, nisi
ante omnia serio agnoscat
considereturque, opposito plane
modo se habens vera Philoso-
phia existimatio; quod nempe,
post Revelatum hunc, summus
noster thesaurus sit RECTE RA-
TIONIS VIGOR cum acquisita
sua perfectione, PHILOSOPHIA:
quod indubie etiam Philoso-
phicarum Scientiarum VERITAS
quoadantenus Divina & enixe
verenda sit, eademque, apodicticis,
aeternum immotis, omnis cele-
brioris consuetudinis, humanae
autoritatis, dissentientis anti-
quitatis, Sapientum consensus,
caeterorumque; εὐδοξία splendore
multo validioribus, definita le-
gibus, adhuc, uti superioribus a-
liis Scientiis intimè cognata, ita
Diviniori Sapientiae, SS. Theo-
logiae:

logia, eiusque principio, non uno nomine sanctè obligata: cuius (veritatis) sincerus amor, fidelis doctrina, indefessa pervestigatio àque contranitentibus erroribus vindicatio, cum celebrando Creatoris nomine, præstando officii debito, discendum rectâ manu ductione, hinc Ecclesiæ & Reipub. promovendo commodo, conscientia deniq; integritate, pari hic passu ambulet: ut si solum negligenter eam curaveris, istis omnibus de causis gravissimè delinquas; quanto magis ergo, si obstinato proposito ulla parte ei obliteris.

Quare

Et hæc ita advertere atq; expauci de
pendere, hoc agere, primus om- *Emenda-*
nino obtinenda melioris Philo- *tiori Phi-*
sophiæ gradus est, isq; tanti pon- *losophia*
deris, ut absque eo ad ulteriores *soliciti,*
ne aditus quidem pateat. Vnde
etiam dubio procul evenit, ut
quam-

locum.
firmorū
spera-
et, nisi
oscatur
o planè
biloso-
nempe,
ummus
Æ RA-
cquisita
OPHIA:
hiloso-
ERITAS
enixè
dicticis,
his cele-
umanæ
is anti-
sensus,
endore
nita le-
ribus a-
nata, ita
Theo-
logia:

quamvis Philosophicæ Scholæ
 jam ante indigitatô plusquam u-
 no modo graviter laborarent;
 pauci tamen decenter id anim-
 advertisse, nedum pro virili suo
 de remediis cogitasse videantur;
 imò nō pauci aberrationes sup-
 primere, palliare, tegere hodie-
 que malint: datâ veluti operâ
 nescientes, *quantoperè Schola-
 rum salus à Philosophica institu-
 tione pendeat, quamque latè pa-
 teat IBI admissorum inconveni-
 entium noxa.*

Non defuerunt tamen, ex
 quo à miseris Scholastici ævi te-
 nebris literato orbi licuit respira-
 re, cordati viri, qui prædictam
 Philosophici studii (*modalem
 juxta ac realem*) enormitatem
 maturius secum ponderarent,
 atque deplorarent, quin & me-
 dicam manum seriis in votis ha-
 berent, vel adferre ipsi conaren-
 tur: quos inter cum primis cele-
 bri

bri sunt nomine *Melanchton, Vives, Ramus, Mirandulanus, Verulamius, Patricius, Campanella, Cartesius*, &c. nam de iis jam loquor, qui non de una solum, vel altera Scientia fuerunt solliciti, sed de universa quodammodo Philosophia seu Philosophica institutione.

Hodiè, quantum mihi constat, eâ sollicitudine præ aliis claret *Doctiss. Vir Iob. A. Comenius*, **COMENII** sententia. *qui, edito ante decennium Pan-*
sophiæ prodromo, Scholarum usu trita Sapientiæ studia quinque
modis laborare àque scopo ab-
ludere censet, ut quæ 1. admo-
dum sint diffusa & confusa: 2.
superatu nimis difficilia: 3. ma-
gnam partem à verò aberrantia:
(idque 1. ex scientiarum separa-
tione 2. methodorum volubili-
tate, & 3. verborum mala cu-
râ) 4. ab huius vitæ usibus remo-
ta 5, denique præcipuum aman-
di

Scholæ
 quam u-
 rarent;
 anim-
 irili suo
 eantur;
 nes sup-
 hodie-
 i operâ
 Schola-
 institu-
 latè pa-
 nveni-
 n, ex
 avi te-
 respira-
 dictam
 odalem
 itatem
 arent,
 & me-
 otis ha-
 naren-
 is cele-
 bri

*Et consi-
lium.*

24.

di atque timendi *DEI scopum*
negligentia : remedii spem om-
nem reponens in *PANSOPHICUM*
LIBELLUM, qui, à Metaphysicâ
orsus, *hinc* ad imas usque rerum
differentias accurata dilucidaq;
methodo progressus, sit *solidum*
verèque harmonicum *universæ*
eruditionis breviarium, intelle-
ctus humani fax lucida, *verita-*
tis rerum norma stabilis, *negoti-*
orum vitæ tabulatura certa, de-
niq; *ad Deum ipsum scala beata*.
Ad cuius compositionem requi-
rit (1) *Recognitionem* omnium
rerum & scriptorum, horumq;
(2) *Collationem*; ubi ex collati-
one Dei, Naturæ & Artis *certas*
cognoscendi veri *Normas* colli-
git & præstituit, in imagines, a-
nalogias seu harmoniam & ab-
stractionem idearum commu-
nium desinentes. *p. m. 62. Et*
seqq. & (3) *Dispositionem* quæ
perspicuis, utilibus & per se veris
divi-

divisionibus, definitionibus & canonibus &c. absolvatur.

Quod à se promissum Panso-
phiae compendium, *subjungetur*
Prodromi Dilucidatione, ad
normam Templi *Ezechielitici*,
in septem partes dispescit, qua-
rum 1. contineat *prolegomena*.
2. *systema notionum communiū*
3. *Considerationem Mundi hu-*
ius visibilis, & 4. *Mundi repre-*
sentationem, Artis nempe & Prudē-
tiae operum 5. *Anthropologiam*
6. *Ipsam Θεωσιαν*. 7. *Præceden-*
tium usum &c. *Speratq;* hoc tra-
ctatu non minori felicitate adi-
tum se patefacturum ad rerum
omnium veriore[m] faciliorem-
que cognitionem, quàm quā
olim in referendā *Linguarum*
Januā usus fuerit.

An autem *Cl. huius Viri* cona-
tus voto melius responderit,
quàm *priorum* respondisse dies
loquitur, non immeritò dubi-

B

satur,

tatur. Et mea quidem epicrisis
è dicendis sequetur.

Vtut sit, perquam certè ho-
nestum, utile & laudabile est,
πρόμην εἰς βυλὴν fideliter hîc
conferre : imò hoc agere per
conscientiam tenentur, qui-
cunque per officium : esto etiã
quod scopus non ex asse feria-
tur statim.

*Quàm in-
dignè la-
borent stu-
dia Philo-
sophica.*

Ego sanè non possum, quin
attonitus mirer & obstupescam
propè, quoties de hoc *Scholarum
infortunio* (cuius distincta enar-
ratio alibi dabitur) animum su-
bit cogitatio : Heu nobis, *in-
quis*, hoc quid mali est? Genui-
nam Philosophiam, sapientiam
humanam, cum certa rectaque
ad hanc feliciter pertingendi
methodo, Bonum quod, unã
cum mediis ad ipsum perducen-
tibus, *omnium de consensu*, non
ὑπὲρ ἀνθρώπων, sed in naturæ
huius viribus, in connato intel-
lectus

lectus nostri lumine situm atque
 radicum est, (quale quid nec
 de *Linguarum*, nec de *superiori*
 ullo studio pariter affirmes licet;) non
 minori ex parte in hunc us-
 que diem anxie desideramus,
 quærimus, anhelamus, obtine-
 re nescimus: in meridie, *quod*
Propheta ait, tanquam in cre-
 pulculo impingentes: idque
 haud dubie *justo Dei*, perversum
 Mundum in suammet sapientiam i-
 ta capientis atque confunden-
 tis, *judicio*. Quid ergo? Eane
 propter Divinam bonitatem, &
 Naturæ defectum accusabimus,
 insuperabiles difficultates causa-
 bimus, proque obtinendo eo
 Bono operam operæ, vota votis,
 jungere cessabimus? absit.

Quinimò haud dubie *certa*,
plana, *evidens* adeoque *facilis*
 & (saltem *impetite*) *omnibus* *Via ad*
nota est ad feliciorum Philoso- *mendatio-*
phiam recta ducens via: nihilq; *rem Phi-*

*Philosophiam
in proclivi.*

restat quàm ut, *Deo adjuvante*,
ab adscititiis obstaculis, tesquis
atque tenebris eam liberare &
optato cum Scholarum com-
modo quamprimùm inire stu-
deamus.

Rem ita se habere, neque ve-
rò, *uti forsàn aliquorum fide*, ma-
ius esse hoc assertum, vel binis
verbis hìc comprobaturum me
confido, si prius obiter dixerò,
*quà occasione, quo impulsu ego
ad has tales meditationes addu-
ctus fuerim.*

*Hic desig-
nati la-
boris oc-
casio.*

E quidem de ullâ Philosophiæ
parte, *præter Physicam*, aut de e-
mendanda Philosophia in gene-
re, quicquam lucubrare & com-
mentari, adeò mei nunquam
fuit propositi, ut prorsus puta-
rim, vocationis limites (con-
tra ac *Syrac. 3. v. 24. 25.* jubeor)
temerariâ periergiâ me transili-
re, si tale quid agere instituerẽ:
optimè recordatus, quod si om-
niò

ninò velim aut possim meâ qua-
dam opellâ emendandis studiis
usui esse, in uno *Medicò* sat ha-
beam quod laborem.

Cum autem viderem, de his, *Remota.*
quæ *Artem nostram* proximè
constituunt, rectius tradendis
plures hodiè sollicitos esse, de
profundioribus verò (*PHYSICIS*
puta) firmamentis ex naturæ
veritate præstituendis, per pau-
cos: adverterem insuper, *Phy-*
sica Scholastico - Peripatetica
lemmata, quæ vulgò ex *Acroasi*
Aristotelis depromi solent, nihil
minus esse quàm quod (*Medico*)
esse decebant, *vera nempe eius*
Scientiæ elementa, *recta ad spe-*
cialiorem Naturæ operum con-
templationem manuductio, *Me-*
dici studii non Physiologicâ so-
lum, sed & reliqua omni ex par-
te faciliandi prompta subsidia,
reddendarum in practicis con-
sultationibus rationum fontes,

principiorum denique *principia*:
 & omnino satius esse, absq; om-
 ni propædia physica ad sacra Me-
 dica festinare, quàm pravis ibi
 præconceptibus occupatos ad-
 ferre mentis oculos: huic vero
 malo ante omnia contravenire
 opus esset: eò fine jam olim cæ-
 pi in *prima Naturalis Scientiæ*
principia liberius inquirere: quã
 (nondum quidem publici juris
 factam) lucubrationem exce-
 perunt postea *Exercitationes de*
ATOMORUM SYNCRISI & DIA-
CRISI, deq; **GENERATIONE &c.**
 Fore enim speravi, ut ita, pro-
 fundè satis jacto fundamento,
 ad alias deinde *Medico studio sa-*
cratiores pervestigationes ala-
 crius & expeditius me accin-
 gerem.

Propin-
qua.

Postquam verò deprehendi,
potissimam causam, quamobré
 erronea *Physica* usq; adeo perti-
 naciter fixis hæreret radicibus,

NON

non esse huic Scientiæ domesticam
 sed ei cum MORALI PHILOSO-
 PHIA, aliisque disciplinis com-
 mune: neglectiorem puta do-
 ctinam & praxin Logicam, quâ
 parte *Apodictica* audit: non po-
 tui fanè quin &, quali *hic* atque
ibi emendatione opus fuerit,
 nonnunquam penitius cogita-
 rem. Neque dum tamen ani-
 mus mihi erat, *in hâ* novam mi-
 hi figere laboris crucem, subire
 onus, quo vix aliud gravius esset
 & odiosius: quod à Professione
 mea alienum, meis etiam majo-
 res multò requireret ingenii do-
 tes: quod præterea injunctiori
 vocationis, valetudinis item &
 Rei familiaris curæ, non parum
 detraheret: nobiles denique se-
 cum ferret inimicitias & calu-
 mnyas eorum quibus semel im-
 bibitus sequioris viæ amor supra
 omnia &c.

Oborto autem inter consci-

B 4

entiæ

incipia:
 sq; om-
 cra Me-
 avis ibi
 tos ad-
 ic vero
 venire
 lim cæ-
 Scientia
 re: quâ
 lici juris
 m exce-
 tiones de
 & DIA-
 ONE &c.
 a, pro-
 mento,
 studio sa-
 nes ala-
 e accin-
 ehendi,
 amobré
 co perti-
 dicibus,
 non

entia dictamina diffidio, utrum
 præstet, *juvando Philosophicis
 Scientiis etiam ULTRA PHYSI-
 CAM immorari*; an verò ad ea
que magis essent officii, omnib.
 remotis arbitris, *studiosius pro-
 perare*? existimavi tandem, me-
 dia & optima via me incessurū,
 si operosis quidem lucubratio-
 nibus superlederem, meas tamē,
 cæteris quoque disciplinis pro-
 futuras, observationes, juxta ve-
 rioris Physicæ delineamenta,
 nervosè & aphoristicè, *uno ali-
 quo libello* comprehensa, cum
 pluribus communicarem, data-
 que sic ansâ aliis ad ulteriorem
 huic rei impendendam operam
 autor essem.

*Proxima
 cum im-
 pulsu.*

Verum enim verò, cum, Cæ-
 leste Numen supplex veneratus,
 manum operi admovissem, cæ-
 terum, ut heterogenea illa aptius
 nonnihil cohererent, pauca quæ-
 dam de Philosophia in genere præ-

præmittenda duxissem, circa
 hoc ipsum exordii argumentum
 nescio quâ fatali mentis pro-
 pensione aurigante, indies me-
 ditatio ex meditatione ita suc-
 crevit, tantaque dicendorum vel
 invitum me obruit copia, ut ubi
 desinerem vix uspiam appare-
 ret. Nam & *de vera Philosophia*
Bono, & de eiusdem præpedimen-
tis, & de remediis, quibus ista a-
 movenda (hæc nempe erant, de
 quibus in genere non nihil vole-
 bam præfari,) longè plura sese
 offerebant monitu necessaria,
 quàm antehac in mentem mi-
 hi unquam venerant: imò
 quodlibet horum non paulò
 majorem minabatur prolixita-
 tem, quàm mea ex intentione
 principalis opusculi esse de-
 buerat.

Quid facerem? instabant cō-
 scientiæ quæ de impensius pro-
 curandò scholarum evincendi à

principio adduxi, & quod communis emolumentum Divinaeque Gloriam, *etiam cum iactura omnium huius vite bonorum*, potissima sit habenda ratio: nec videbam, donec praesertim rariores in Academia nostra essent Medicinae Studiosi, quo alio vocationis labore tantum, nedum plus, publice interim prodesse, aut qua alia ratione *Physicum & inde Medicum* studium juvare solidius, quove ausu manum ab aratro retrahere posse.

*Operis
partitio.*

Fatis itaque trahentibus me permittens, *in Altissimi nomine*, decrevi tandem *institutum partiri*, & praedicata *Sex* (tria videlicet generalia, tria que specialia) capita *in totidem* se jungere *libellos*: sic tamen, ut primo solum elaborando maturius incumberem: reliquis Deo & tempori commissis.

His auspiciis, hoc conatum
incessis

incesso, tam profundis tamque
arduis me contigit implicari *de*
emendatione Philosophia curis.

VOCO autem PHILOSOPHICAM
SCHOLARUM EMENDATIO-
NEM: partim *ne* (ut si *Philoso-*
phiam restitutam, Pansophiam
vel similiter appellarem) *justo e-*
latior, aut (neque enim omnes
Scientias speciatim perlustrare;
Mathematicas verò ad *Sanitatis*
quodammodo *normam* magis,
quàm inter agras referre meum
est) *latior sit operis inscriptio:*
partim *ne aequo angustior;* liqui-
dem non tantum *Philosophicis*
Scholis usui esse cupit labor iste:
sed suo quodam modo etiam *su-*
perioribus; quibus, quantopere
mala & impedita Philosophia,
seorsim verò *Apodictica,* incom-
modet; *vera autem & expedita*
emolumento sit, per se liquet,
mea autem opera multò clarius,
nisi fallor, patebit. Quanquam

Inscriptio.

& ideo generalius *Scholarum* nomen retinendum hic, quia ad *Gymnastica* quoque studia spectant nostræ lucubratiunculæ, &c.

Sed universi operis *σκια* *γραφία* quandam hic ob oculos posuisse juvat:

*Summa-
ria deli-
neatio.*

PRIMO itaque LIBRO, qui jam tum pervenit usque ad umbilicum, OSTENDITUR, quale, quantum Scholarum & Christianæ Reip. BONUM sit VERA PHILOSOPHIA: Et 1. quidem, quam nobile atque dignum: post salvifici nempe Verbi lumen verè summum, idque (1) x origine, perpetuitate, variis veterum encomiis, intuitu Subjecti, objecti & principio-

piorum, evoluta *item tum*
 falsa Stoicorum & Peripa-
 teticorum quorundam,
 tū veriori definitione & c.
 (ii) Quò fine & usu emi-
 neant Philosophicæ disci-
 plinæ: & *in specie*, quem u-
 sum Logica, Metaphysica,
 Physica, Ethica, Mathesis,
 in Theologia, Jurispruden-
 Medicina & c. habeat (iii)
 Quæ veræ Philosophiæ
 proprietates, leges atque
κρίσις sint *TUM in ABSTRA-*
CTO, uti, quod PHILOSOPHI-
 CUM OMNE DOGMA sese (1)
 cōtineat intra normæ suæ
 limites: (2) per se notum
 atque necessarium sit pri-
 cipium, vel tali alicui inni-
 xum; idque (3) demonstra-
 tivè: sitque eapropter (4)

bolarum
 , quia ad
 adia spe-
 ationcu-
 201103
 is σκιά
 ob occu-
 ti:
 BRO, qui
 it usque
 IDITVR,
 holarū
 BONVM
 HIA: &
 bile at-
 salvifici
 n verè
 x ori-
 , variis
 anuitu
 princi-
 pio-

Scientificum, & hinc porro
 (5) certum : (6) evidens :
 (7) accuratū : (8) simplex
 & planum : quod denique
 (9) instar omnium vulgò cele-
 brata VERITATIS lex, & Sci-
 entia & Conscientia re-
 spectu multò maioris hic,
 quam multi credunt, momen-
 ti sit : TVM in CONCRETO : vi-
 delicet (1) Peritia analytica :
 (2) cordata eius praxis : (3)
 Philosophica (non opinandi
 sed quasvis Scientie inimi-
 cas opiniones exscindendi)
 LIBERTAS : (4) modesta con-
 nate imbecillitatis recor-
 datio : (5) demissa SS. Scri-
 pturae observantia : (6) imo-
 ralis animi rectitudo &c.
 Hæc in PRIMA libri parte, &
 quidem per 7. distincta capi-
 tula :

ta: In SECUNDA (rursus per
 septem vel 8. capita) digredi-
 or ad explicandum usum
 Theologicum, Hermene-
 utico-Polemicum: o-
 stensurus, uti Rationis lu-
 men cum verâ Philosophiâ
 ad ERRONEAM juxta & VE-
 RAM Fidei doctrinam sese
 habeat: & primo quidem
 pluribus demonstro, Pseudo
 Theologos malâ admodû
 fide rectæ Rationis suffra-
 gia jactare, atque falsam es-
 se omnem ipsorum, quâ
 orthodoxis obnituntur, Phi-
 losophiam, idque post quin-
 que alia argumenta, SEXTO
 loco etiam exemplo con-
 troversia d. OMNIPRÆSEN-
 TIA CARNIS CHRISTI: ubi
 qued negativa non minus
 recte

*recta Rationi quàm Scriptu-
 ra palàm repugnet, quod i-
 tem Rationis lumen, unà cum
 vera Philosophia, prompto
 uberrimog; proventu nostræ
 ab affirmativa stes partibus,
 ad oculum evinco, &c. Sub
 finem commonstrans, quàm
 necesse sit verum Theolo-
 gum sanam Philosophiam
 à Sophistica, rectamq; ra-
 tionem ab enormi & er-
 ronea, accuratè & expedi-
 tè discernere posse; &
 quàm indignum, HVIVS no-
 xas ILLI imputari, aut HV-
 IVS damnationem pro ILLI
 facta injuria allegari, &c.*

*Deinde verò in secunda
 hac parte, premissa (1) soli-
 da terminorum (τὴ Ratio;
 Rationis, Philosophicum
 & na-*

& naturâ notum *PRINCIPIUM*, Modale, Reale, *item*
 Fidei dogma; mera & non
 mera Revelatio; Theolo-
 gia Hermenevtica, Exege-
 tica, Polemica, &c.) *expli-*
catione, fusè (2) trado, quàm
(orthodoxorum de sentētia)
 non licitus solum, sed &
 necessarius sit rectæ ratio-
 nis & principiorum Phi-
 losophicorum usus ad ve-
 ram S. Scripturæ interpre-
 tationem, &c. & quod (3)
 Heterodoxi, licet reapse à
 legitimo rectæ *Rationis* usu in
 tractando fidei negotio mul-
 tum recedant, eiusque fines
 transiliant, quâ *THESIN TA-*
 men maguam partem no-
 biscum conveniant: in eo
 quoque (4) quod in fidei
 myste-

mysteriis sola Scriptura
 principium sit *EX QVO* &
 norma *JUXTA QVAM* do-
 cendum: porro (5) *quænam*
 quæstiones atque theses,
 quæ item probationes, *stri-*
ctè Theologica & *meræ Re-*
velationis sint, quæ porro
Rationis: adhuc, quæ (6)
principia Philosophica in
Demonstrationibus Theolo-
gicis quousq; admitti pos-
 sint vel non possint: & quàm
 (7) *malè heterodoxi statum*
 quæstionis, de usu rationis
 in Fidei negotio, *pervert-*
ant: quid denique (8) *rectè*
Rationis lumen seorsim faci-
at, 1. ad verum Scripturæ
 intellectum: 2. Orthodo-
 xæ fidei propugnationem:
 3. Heterodoxiæ confutati-
 onem, &c.

Quæ

*Quae quidem omnia in hanc
ultimò abeunt conclusionem;
nullum (post Religionis pu-
ritatem) maius esse doctri-
nae Bonum à quo Scholarum
salus aequè pendeat, & pro
quo obtinendo magis laborā-
dum, quàm omni ex parte
rectè se habens Philoso-
phica institutio: neque do-
nec hic negligentes, vel se-
quiori consuetudini mancipa-
ti sumus, spem meliorum vel
ullam iuvandis studiis im-
pensam sollicitudinem esse fe-
licem posse.*

*LIBER II. Errata atq; im-
pedimenta, quibus Philoso-
phicum studium & quàm Do-
CTRINAE MODUM, & quàm
REM sive VERITATEM, pri-
mum in genere, hinc in spe-
cie,*

*criptura
Quo &
IAM do-
quanam
theses,
es, stris
eræ Re-
ue porro
quæ (6)
phica in
Theolo-
mitti pos-
& quàm
ci statum
rationis
perver-
(8) rectè
sim faci-
cripturae
rthodo-
tionem:
nfutati-
Qua*

cie, quibus Logica, Meta-
 physica, Physica & Ethica
 potissimum laboret, com-
 monstrabit varia; inter alia
 ex professo expositurus ortū
 successum & defectum se-
 ctariæ omnis, præcipuè verò
 Scholastico - Peripatetica,
 Philosophiæ, &c.

LIBER III. His omnibus
 malis convenientia opponet
 emendationis (mibi visa) me-
 dia cum generalia, tum spe-
 cialia, traditurus, quâ ra-
 tione juxta solidum, e. pedi-
 tum, facilem & felicem IN-
 STITUTIONIS MODUM, reje-
 ctis erroneis & inutilibus
 commentis, earundem disci-
 plinarum principia & funda-
 mentalia præcepta, non mi-
 nus ac Mathematica, NA-
 turali

turali radiare veritatis luce
 Et ubique locorum eadem esse
 possint atque debeant: subsi-
 stendo tamen, pro re nata,
 in communiore Logices par-
 te, Naturali item Et Mo-
 ralem Philosophiam non nisi
 strictim attingendo Et c.

Et hucusque generalia in-
 stituti capita: Ubi quidem
 res ipsa mihi injunxit ordi-
 nem analyticum Medicum,
 quo convenientium remedi-
 orum rationem et sollicita
 morborum cognitione in-
 dicatum iui, primo omnium
 premissa desiderata sanita-
 tis (sanioris Philosophiae) i-
 dea: ut inde Et de morborum
 indole Et quorsum emenda-
 tionis cura collimare debeat,
 quam item ea necessaria om-
 niumque

Meta-
 Ethica
 com-
 ter alia
 us ortu
 um se-
 ue vero
 etica,

mnibus
 ppones
 (sa) me-
 m (pe-
 uâ ra-
 e. pedi-
 em IN-
 , reje-
 tilibus
 n disci-
 funda-
 omni-
 , na-
 turali

niumq; desiderio studio ac vo-
tis digna, tantò melius con-
stet.

Posthac LIBER IV. Specia-
lioris LOGICÆ aggredietur e-
mendationem, viam para-
turus ad per necessariam &
hactenus desideratam, uni-
versis Scientiis ex æquo ac-
commodam, APODICTI-
CAM: explicando 1. obser-
vatu summè necessariam Ar-
gumentationis in Diale-
cticam & Apodicticam,
cui generis in veras suas
species, divisionem atq; con-
tradistinctionē. 2. Nominis,
DEMONSTRATIO, APODIXIS
& ἰσοδυναμῶντων, accuratam
definitionem, una cum præ-
cognita reali. 3. Finem De-
monstrationis, Scientiam,

CHM

cum huius oppositis quarum
 agmen ducit Opinio; quid
 Et quotuplex ista Et illa sit:
 inter alia ostendendo Et De-
 monstrationem Et Scien-
 tiam eò sensu hic definiendā
 esse, quò rationi Et cognitio-
 ni Dialecticæ adæquate
 opponitur, nec minus perni-
 tiosum quàm ineptum esse mo-
 rem, quò hæc Et illa ad an-
 gustius significatum supersti-
 tiosè restringitur. 4. Naturā
 atque Differentias Principio-
 rum Apodicticorum, videlicet
 Medii apodictici, Et Princi-
 piorum complexorum; ubi
 quousq; Modi dicendi PER
 SE principiorum norma sint,
 qualia item Et quotuplicia pro
 Scientiarū diversitate requi-
 ratur principia propria Et c.

5. Di-

5. Divisionem Demonstrationis in species vel quasi. ubi inter alia condocesiet, non omnem Demonstrationem esse à priori vel posteriori, ex causa vel effectu, sed dari etiam Medium seu tertium genus; posse autem bona cum Aristot. gratia demonstracionem διότι & ὅτι, perinde ut Demonstrationis & Scientiæ appellatio, latius extendi quàm in poster. analyt. factum videmus. 6. Naturã Differentias & usum Demonstrationis Indirectæ quàm per Impossible vocant. 7. Demonstrationis Impedimenta, (uti sunt ἀπαιδευσία analytica, & seu in solo intellectu u in voluntate insuper radicans præcõceptus atque

atque Contraria, qualia sunt
 (1) Argumenta ex principiis
 sive Propositionibus com-
 munitibus & Dialecticis; (2)
 in se vel interpretationis
 vitio falsis, (3) Heterogeneis
 & Peregrinis Demonstra-
 tionis ergo ducta: Ostensio
 quod hæc ipsa (impedimenta
 & contraria) maiori longè so-
 licitudinè animadvertenda,
 penetranda & hic pertra-
 ctanda sint, quàm fieri sue-
 tum, siquidem Demonstratio
 finem suum, expeditam ubi-
 vis Scientiam, assequi de-
 beat.

Hæc in PRIMA Libri par-
 te: quæ SECUNDA docebit ad
 usum transferre, & postquã
 evicit, ad veram Apodicti-
 cam nequaquam sufficere,
 C sim-

ratio-
 ubi in-
 on o-
 onem
 riori,
 id dari
 rtum
 a cum
 strati-
 nde ut
 Scien-
 exten-
 analyt.
 Naturã
 Demon
 e quam
 ant. 7.
 npedi-
 a de voia
 solo in-
 te in su-
 ceptus
 atque

simplicis Demonstrationis naturam atq; fabricam
 verè tradidisse: quò quidem
 premissa spectant sed requiri
 insuper Doctrinam de
 artificio Demonstrandi
 Complexo, sive Methodo
 Demonstrativa composita:
 hanc ad propositi mensuram
 paucis subjunctura, tradet,
 i. quâ ratione in unaquavis
 Disciplina, ex propriis
 ipsius principiis, vera quælibet
 thesis & doctrina, quibuscunque
 etiam ex adversa parte
 preconceptibus, erroribus
 & argutationibus implicata
 sit, accuratè, evidenter
 & invictè prorsus demonstranda,
 similiterq; oppositus error
 redarguendus: ita ut
 quicquid porrò regeratur,
 palàm

pal
 cū
 MA
 mon
 PER
 Test
 cipu
 terp
 buiu
 debu
 do
 addu
 tradi
 loso
 Juris
 logu
 cere
 tur:
 accur
 vide
 cum

palam cedat in illustriorem
 cum veritatis tum erroris
 manifestationem: hinc, de-
 monstratō prius, quod etiam
 πειρασφία (doctrina de EX-
 PERIENTIA) & Apodictici
 Testimonii sive textus, pra-
 cipue vero S. Scriptura, In-
 terpretandi Methodus,
 huius sit loci: de his, quae vi-
 debuntur necessaria, secun-
 do & tertio loco in medium
 adducet: Post (4) seorsim
 traditura, uti in specie Phi-
 losophus (5) Medicus, (6)
 Jurisconsultus, (7) Theo-
 logus, in suo foro, verum do-
 cere & demonstrare tenea-
 tur: annectens tandem (8)
 accuratè Definiendi & Di-
 videnti methodum, unà
 cum ordine Doctrinae, post-

quam ostensum, quò pacto hæc Demonstrativa metho- do cognata sint, &c.

LIBER V. Vera NATU- RALIS SCIENTIÆ prin- cipia atque theoremata, que non possint non omni sana (Scientiæ quàm opinionis a- mantiori) Rationi probari, fideliter recensere & prore nata explicare conabitur: ita ut hinc inania quævis se- ctariorum commenta, cum inde manantibus disceptati- onibus, per se corruant.

**LIBER VI. ETHICA præcepta pari ratione ad normæ suæ (quæ est practi- cum Naturæ lumē) adæqua- tas redigere leges stude- bit, à que inanium seu Peri- pateticorum seu aliorum
pla-**

placitorum tenebris libera-
bit &c.

His talibus terminis conclu-
duntur, quæ *pro Philosophica*
Scholarum emendatione jam o-
lim à me *observata*, sedulò per-
vestigata & non minorem par-
tem literis quoque *mandata*
sunt.

Et quamvis facilè pervideam,
quanta supersit laboris moles;
hanc tamen, *Deo porro juvante*,
Diisque benè annuentibus, suc-
cessu temporis non infeliciter
à me superatum iri spero. Felici-
ter *inquam*, ita ut voti atq; scopi
compose evadam. Patet autem
è præmissâ operis delineatione,
non me intendere vel requirere
absolutam Philosophicarû Sci-
entiarum *perfectionem*, quæ
nullam omninò *juxta se* ferat
imperfectionem, mentis caligi-
nem, ignorationem, dubitatio-

PROPO-
SITVM
limitatur.

nem; (hanc enim prorsus ἡ πρὸς
ἀνθρώπων esse, plus satis novi-
mus) sed *talem solum*, qualis &
quousq; in connatum rectæ Ra-
tionis lumen etiamnum cadit:
ut ne *ab hac* uspiam deficiamus,
vel, si ante hac defecerimus, in
defectu persistamus: ut quousq;
per naturæ lumen potest, & in
Doctrina seu Institutionis & in
Disquisitionis atque Disputatio-
nis *viâ*, evidens ubiq; expeditaq;
radiet SCIENTIARUM veritas.

*Declara-
tur & con-
firmatur.*

Quò minus vero non nemi-
ni videar aliquid monstru alere,
vanâ persuasione ductus impos-
sibilia & ipso opere comproba-
ri nescia moliri, aut meo inge-
nio nescio quid reconditi & pe-
culiare, quod aliis denegatum
fuerit, tribuere: *ingenuè hic e-
differam*, quâ potissimum ratio-
ne, cuius *abstrusi*, & tamen no-
tissimi, novi, & tamen vetustissi-
mi, artificii compendio ea quæ
pro-

promitto non à me solum ; sed
à quovis cordatò, eiuscomodi la-
borem subire parato, σὺν θεῷ
παλάμα, dari effectum queant.
Puto autem rem omnem com-
prehendi uno hoc præcepto :

*Agnosce, odi, tolle Scientiæ in-
visam OPINIONEM :*

Hoc enim si præstiteris, res om-
nis ad votum salva (h. e. Philo-
sophia emendata) erit, primùm
quidem in tuâ mente, post in a-
liorum quoque.

Opportunè hic recordor,
jampridem fuisse, qui conqueri
auderent, *fovere me, v. c. in tra-
ctatu de Generatione, OPINIO-
NES suis, quæ tamen antiquitus
& tot Sapientum calculo ad-
probatae, contrarias, atque ita
quantum in me ruptorè esse pa-
cis literariæ: fuisse item, qui, dum
alicubi solidè, uti reor, ostendi,
receptam de VSU CORDIS Doctri-
nam cum HARVEIANIS aulo-*

*Vnâ semo-
venda O-
PINIO-
NIS intē-
sione.*

Flais (quarum veritatem am-
 bab. ipse semper amplexus fui)
 optimè consistere, inconsequentes
 verò, pro mustea CIRCULATIO-
 NIS opinione tacitè vel expressè
 inde factas, collectiones, ipsiusmet
 EXPERIENTIÆ titulo malè ad-
 modum superbire: scribere non
 vereretur, anatomicas illas ob-
 servationes (propria principia)
 me negligere & eludere, cæte-
 rum, in anibus ratiunculis (quod
 disputatoris Dialectici & So-
 phistæ est) manifestam veritatē
 eversam velle: non secus, ac si
 tale quid dixisse, adversariamq̄
 disquisitionem superciliosè re-
 spuisse, sit egregiè rem curasse.

Isti verò, si melius confide-
 rāssent, *qua* (Dialectici) *Opina-*
toris, *que* (Analytici) *Scientis*
partes, quid *opinio* & eius ful-
 crum, *inanis ratiuncula*, quæ i-
 tem *vanarū contentionum causa*:
 haud dubiè tam iniqua senten-
 tia

tia
 aggr
 me j
 noxi
 vanā
 quis
 tio c
 tum
 mens
 dari
 maiu
 obtin
 illo l
 data
 sam
 quoc
 monj
 nibu
 spian
 S
 minc
 ONA
 tenti
 verij
 riji

tia innocentiam meam non
 aggravassent. Quandoquidem,
 me iudice, adeò grave atque
 noxium malum est OPINIO, cum
 vanâ omni ratiuncula, quam
 quis in sciendæ Veritatis nego-
 tio contentiosè urget, ut, quan-
 tum quidem ad Doctrinæ mo-
 menta, nullum unquam peius
 dari vel cogitari possit; neque
 maius bonum Scholis eâ parte
 obtingere vel optari, quam si ab
 illo liberentur, imò, quàm si cor-
 data detur opera, ut per univer-
 sam Philosophiam & hinc alibi
 quoque, tum opinionis tum de-
 monstrativa veritatis idea om-
 nibus exquisitè perspecta & nu-
 lpiam non ab oculos sit.

Suppono autem hic, ut à ne-
 mine non concessum, OPINI- OPINIO
 ONEM in universum esse sen- quid:
 tentiam (vel sententiæ habitum)
 verisimilem & probabilem, prin-
 cipiis Dialecticis, communibus

C 5

mi-

minusq; solidis, aut in se quidem solidis, sed ad desideratam conclusionem nihil facientibus (ut si experimentis anatomicis adfuitur thesis, quæ nulla consecutionis evidentiâ inde fluit; si item ex sumptionibus Physicis in quæstionibus meræ Fidei heterodoxa infertur conclusio, aut impertinens Scripturæ dictum torquetur ad erroneum præceptum) *innixam*; sive re ipsa falsum, sive quadantenus, sed cum falsitatis formidine, verum dicat.

Quotuplex:

Quia verò *OPINIO duplicis potissimum generis est, alia Scientiæ nihil derogans: ut quando, ex defectu propriorum principiorum, verum alicubi SCIRE integrum non est: tum enim thesis, quæ probabilior nobis videtur, licitè omninò amplectimur: quò etiam pertinent Sapientes coniecturæ & probabiles*

les conclusiones, quibus Politi-
cæ & Medico-Practicæ consul-
tationes haud rarò acquiescunt:
alia Scientiæ oppidò inimicæ;
quando videlicet in media ali-
qua Scientia, principiorum a-
podicticorum demonstratæque
Veritatis in fraudem, præcon-
cepta sequior sententia alicui
suis de causis identidem perpla-
cet, manetque altâ mente repo-
sta: jam, *priori classe* suum ad
locum remissâ, de *posteriori* so-
lum nos loqui, expressè conte-
stamur. Cuius generis opinio
quod sit temerè admissum *rectæ*
Rationis deliquium, nefandum
demonstrationis repagulum, om-
ni studio *exterminanda sciendæ*
veritatis remora, nocentissima
disciplinarum pestis, quin & di-
rum sæpenumero *animæ vene-*
num, & *per se* facilè liquet, & in
progressu ad nauseam patebit.

Opinionem igitur & inanium *In Scientia*

C 6

rati-

negotio o- ratiuncularum farraginem qui
pinionis mihi tribuit, quando in Scien-
& erroris tiæ aliquo momento versatus,
convinci, quoad possum, genuinis princi-
idem est, piis dignam, *h. e. analyticam*
 instituo disquisitionem; næ is,
 non sine *ἀπαιδευσίας* nota calu-
 mniatorem agit; nisi forte an-
 contrarium demonstrat, extra
nimirum Scientiæ oleas in *Dia-*
lectico fuco pingendis, commen-
 tis me hic aut ibi esse occupatū;
 suam verò contradictoriam ad
 apodicticæ Veritatis normam
 evidenter congruere: ita enim
 sicubi rem se habere evictum fu-
 erit, non opinionem solum &
 inanem collectionem, sed etiam
 manifestum errorem me fove-
 re lubens fatebor: Est namque
 hoc in passu *Opinio nihil aliud*
quam error veri specie anxie ve-
stitus, adeoque, si præsertim per-
 tinacia accedat, *longè gravissi-*
mus. Rursus, simul ac ego ma-
 nife-

nifestum reddere possum, meā
 thesin genuinis subiectæ rei (co-
 gnoscendæ) principiis luculen-
 tē firmari, alterius verò antithe-
 sin & obiectiones in merâ con-
 sistere opinione, utraq; ἐνδοξα,
 longè petita, vel inconsequen-
 ter adhibita vera supposita, ni-
 hil habere firmamēti, apodicti-
 cè utiq; satis eum redargui; neq;
 nisi ἐκ πρæκρίσιν & illustrationis
 causa velim, ulteriorem colle-
 diuncularum, quibus ipsius pla-
 citum turget, confutationem
 subiungam opus est: quemad-
 modum *contra*, si limites, qui-
 bus *verum & verisimile* invicem
 dissident, in confusione linquo,
 cætero omni responsionis labo-
 re haud dubiè laterem lavo.

Verbo, *in Scientiæ foro* atque
 districtu *opinionis* aliquem con-
 vincere, est omnium validissimè
 confutare: quicquid etiam (ipso
 saltem opere) *contra sentias* vel

statuat φιλοδοξος omnis MUN-
DUS, qui ut aliàs ita se è in me-
diis quoque Scientiis, meris RE-
GITUR OPINIONIBUS.

*Commune
errorum
fulcimen-
tum.*

Sæpè quæsitum est de causis
quamobrem præ radiantis veri-
tatis jubare amatae tuendorum
errorum tenebræ plurimorum
hominum mentibus pertinaci-
ter adeò infideant? Est autem
certum, quòd intellectum, princi-
pale & tantum non unicum eius
mali (adscititium) fomentum
esse, quod qui in fraudem (è suis
principiis sciendæ) veritatis
quidlibet opinantur, talem suã
opinionem cum errore nondũ
coincidere, sed ab eo diversum
quid esse, imò *scientifici* asserti
sive *dogmatis* loco consistere
adhuc posse, persuasum habent.

Indies namque videre est, uti
qui v. g. *Logicis, Physicis, Medi-
cis, adde & Theologicis* in con-
troversis umbram pro Junone
prea-

prensant, *opinionem* suam auda-
 cter *pro Scientia* vendicent, &
 huic oppositam *Scientiam*, do-
 nec qualibus qualibus tricis eam
 implicare norunt, *pro opinione*
 habeant, vel ad summum blan-
 dâ persuasionem autument, neu-
 trius partis thesin satis firmam,
 evidentem, aut prævalidam (h. e.
 scientificam) esse: non suam,
 quod faciliè deprehendunt: non
 etiam huic contrariam; ut quam
 eiusq; fundamenta diversis mo-
 dis egregiè adhuc sugillare cal-
 leant. Pari igitur, vel saltem non
 multum dispari, desideratæ Sci-
 entia lance, etiamnum sub ju-
 dice litem pendere: perinde ac
 si nequeat pro erroneo haberi,
 quod verisimiliter asseritur, ne-
 que pro certo, quod probabili-
 ter impugnatur adhuc: quâ qui-
 dem ratione uti facultas *Diale-*
ctica cum *Apodictica*, verum cū
 mendosa veri specie, certum cū
 fallâ

O P I N I O
pro SCI-
E N T I A
habita, &
contra.

quâ pro-
 fundum id
 malum.

MUN-
 in me-
 eris R
 e causis
 tis veri-
 dorum
 norum
 tinaci-
 autem
 princi-
 m eius
 entum
 (è suis
 eritatis
 em soâ
 nondū
 versum
 asserti
 sistere
 habent.
 est, uti
 Medi-
 n con-
 unone
 pren-

fallaci, meridies cum nocte, pessimè confunditur sive eodem refertur, veterumque Academicorum more omnis scientia & cognitionis certitudo tollitur: ita ipsa *contradictoriarum* lex, primus rectæ Rationis nervus, *penitus evertitur*: imò *nec veri* (quia nulla non veritas dialecticè impugnari potest) *nec falsi* (quia nulla opinio tam erronea, nullus error tam immanis est, quin probabilibus vel litigiosis argumentis apud inertes vel præoccupatos plausibiliter defendi, iisdemque talibus opposita veritas arrodi queat,) *quicquam in rerum natura esse fingitur*: atque sic ad rectam impietati omni stygisque tenebris sternendam viam quàm proximè acceditur.

Infal-
libi-
les dari

SCIEN-

Usque adeò, en ! per ipsam sequiorem praxin perq; omnia sanæ Rationis & Fidei firmamenta

menta manifestum oppidòque *TIÆ* &
 necesse est, ut non *in se* solum *OPINIO* .
 immota stet sibi que constet cu- *NIS notas*
 jusq; Scientiæ (Scientificæ Do-
 ctriinæ) certitudo; sed certi et-
 iam dentur utriusque extremi
 (*Scientiæ & Opinioni*, principii
 atque argumenti, cui *illa* & cui
hec superstructa) limites, leges,
 proprietates, notæ atq; *neutera*,
 quorum accuratam observatio-
 nem negligere, sit, lumen in te-
 nebras ponere; strictè verò ur-
 gere, sit Scientiæ & Veritatis ju-
 ra feliciter exequi, errores verò
 agnoscere, cavere & cum succes-
 su exterminare.

Eademque propter, *sicut* pe-
 jor nulla veræ cognitioni & do-
 ctriinæ obversari afflictio & re-
 mora potest, quàm si putatur,
 eam demum esse demonstrati-
 vam probationem, quæ etiam
 verisimilium exceptiuncularū
 ab insultu tuta sit; (ne dicam
 quæ

te, pes-
 eodem
 ademi-
 ntia &
 ollitur:
 m lex,
 nervus,
 nec veri-
 ialecti-
 nec falsi-
 ronea,
 nis est,
 tiginosis
 es vel
 ter de-
 opposi-
) quic-
 se singi-
 impie-
 ris ster-
 oximè
 ipsam
 omnia
 firma-
 menta

*qua gna-
viter ad-
vertenda.*

quæ effectum ex causa notum facit) & id demum certò verum, quod ne litigiosis quidem dubiis expositum; id verò non habendum pro demonstrato, quod quovis modo impugnari adhuc solet, uti nec id pro falso & errore, quod non destituitur plausibili defensione: (quia sic nihil omninò verum, nihil falsum in mundo esset) ita profectò & ad expediendum veræ omnis cognitionis progressum nihil æq; necessarium, nihil æque proficuum est, quam probè ubivis perspectum habere, quid in quolibet veri sciendi negotio DEMONSTRATIONIS, quid OPINIONIS de censu, & quod demonstratæ veritati ne quicquam adimat ex adverso habita Opinioni litans disputatio, quodq; hæc talis, quomodocunq; etiam captando imperitorum applausui apparentiq; victoriæ adaptata, ad

ad
licu
nihil
pot
bon
thes
Q
prie
dran
tant
labo
fasti
EE
VE
hoc
sedu
que
min
Scie
dicti
& c
secta
null
etia
ruat

ad definiendam domesticam a-
licui disciplinae quaestione adeo
nihil faciat, ut certissima *malae*
potius *causae* (erroris) quam
bonae *nota* sit, donec opposita
thesis *didascalice* firma.

Quae omnia quoniam vel im-
primis ad Philosophiam qua-
drant, non utique abs re, scilci-
tantibus antehac amicis, *quo*
laboris mei summa, quodnam
fastigium *esset*, respondi: DO-
CERE QUANTUM OPINIO à *Institutè*
VERITATE DISTET: eò quod *summa*
hoc discrimine in aprico stante *tribus ver-*
seduloque observatò, stent quo-
bis expres-
que & observentur naturali lu-
sa.
mine per se evidentia cuiusque
Scientiae principia, cum Apo-
dictica Scientiarum methòdo:
& contra suis ipsa viribus tuas
sectaria omnis Philosophia, ruat
nulla nò opinionū, cuiuscunq;
etiam nominis sit, illecebra,
ruat praepostera omnis tuendis
prae-

notum
ò verū,
n dubiis
haben-
quod
ri adhuc
o & er-
ur plau-
sic nihil
allum in
ò & ad
nis co-
hil aq;
e profi-
è ubivis
in quo-
tio DE-
OPINI-
demon-
iam ad-
Opinio-
dq; hæc
iam ca-
plausui
aptata,
ad

præcōceptibus dicata cōtentio: quî enim sana Ratio id seriò pro demonstrativè certo obtrudat, quod vanæ opinionis commentum, id verò *opinionis instar* inanibus argutationibus arietet, quod propriis principiis apodicticè superstructum esse videt.

*Hinc patet
quæ vera
Logica:*

Habemus itaque hic uno prope modum verbo indigitatam infallibilem universi cursus Philosophici statuam Mercurialem omnisque veræ & falsæ doctrinæ lydium lapidem. Ita si quis, in tanto judiciorum dissidio ad bivium redactus, quærat, quænam tandem vera sit Institutio LOGICA? omnium rectissimè respondebitur: eam demum, quæ ad primarium summumque finem, SCIENTIAM, sive demonstrativam veri cognitionem eiusque ab Opinatione discretionem, cum primis accuratè contendit; nudam verò *Syllogizandi* &, quæ non-

nonnulli miris modis decan-
tant, *topice differendi artem*,
tantum abesse à vera Logica,
quantum ipsa *Opinio à Scientia*.

Hinc etiam intelligitur, eum
demum nosse quænam vera sint
Physica v.g. *theoremata*, vel *E-*
thica præcepta, qui omnibus
probat, quod Scientiæ est, re-
tinere, quod Opinioni refecare
callet: neque ab simili modo se-
res habet cum reliquâ omni uti
Philosophia, ita qualibet ulteri-
ori disciplina.

Habet nimirum se sollicita A. *Non con-*
podicticæ veritatis à Dialectica fusè con-
probabilitate discretio, ad verû tendendû
à falso discernendum, non so- *de verò &*
lum ut species ad genus, ut di- *falsò,*
stinctum ad confusum; sed et-
iam ut certa via ad desideratum
VBI, ut medium ad finem.

Vt perquam frustra sint qui
autumare velint, non plus *hinc*
suppetere analyticæ *ἀναλυτικῆς*
quàm

quæ item
vera Phy-
sica, &c.

quàm ex generali & confusa,
in qua communiter acquiescitur,
 veritatis & erroris oppositione:
 cum è jam ante monitis pateat,
 quamdiu in *communi veri &*
falsi notione subsistitur, neque
 præconceptibus latibulum, ne-
 que fallaciis & impudentibus as-
 severationibus subterfugium
 deesse. Quandoquidem & er-
 rorum omnium Patroni mor-
 dicus ferè contendunt, suam
 sententiam à vero nihil dicere
 alieni, *contradictoriam* verò
 multum, aut saltem non indu-
 bitatò (*hanc*) veram esse: neque
 id, *dummodo probabiliter* hæc
impugnatur, illa defenditur, abs-
 que multorum sæpè applausu.
 Tantum abest ut vagâ & inde-
 terminata de vero & falso con-
 certatione ulla finiri intricatio-
 ris, aut hostes veritatis arctè satis
 constringi penetranterq; con-
 vinci possint. *Præ* nimirum
 quam

quam
 dict
 anti
 falla
 adve
 rem
 cæte
 sint,
 bea,
 Quo
 atur
 num
 que
 ta ve
 inter
 cesca
 prop
 tis fl
 tra o
 haud
 gatio
 gener
 quæsi
 etum
 Exo

quam innotescit, tuæ thesi apo-
 dicticum esse robur atq; lumen,
 antithesin verò dialecticam aut
 fallacem veri speciem venari,
 adversarius impunè prætendit,
 rem contrario se habere modo,
 cæterum tua arma, utut ferrea
 sint, eludere, sua verò, utut plum-
 bea, extollere temerè pergit.
 Quod si verò analyticæ adhibe-
 atur discretionis bilanx, inque
 numeratō fiat certa manifesta-
 que *α ε ι η ε ι α*, quibus *denonstrata*
veritas (Scientia) ab *Opinione*
 internoscitur, atque hinc elu-
 cescat, tuam conclusionem è
 propriis principiis evidenter sa-
 tis fluere, adversariam verò ul-
 tra opinionis cenium laudari
 haudquaquam posse, facili ne-
 gotio confecta res & inde simul
generale illud *de vero & falso*
 quæsitum ad liquidum reda-
 ctum erit.

Exempli gratia, pleraq; Acro- Pbysa.

AMA-

*Arist. ma-
lè opinio-
nes pro
Scientiæ
principiis
obtrudit.*

amaticæ Physiologiæ sumptiones
& hypotheses in errore confi-
stunt: ut verò iis tenaciter præ-
occupatus aberrationem agno-
scere & confiteri cogatur, vix
unquam effectum dabis, nisi
cum primis clarè ostēdas, quod,
*si maximè theses ea sint probabi-
les & conflictui dialectico susti-
nendo pares adbuc, id tamen ad
rem (ad Scientiam, ad cuius
constitutionem reapse eviden-
tiæ principia vel saltem ex his
demonstratæ conclusiones no-
toriè requiruntur) & Peripati
Andromachen non plus faciat,
quam diserta erroris confessio.*

Vnde omni absq; temeritate
mecum affirmaveris, pleraque
dictæ Physicæ (sectaria atq; sola
consuetudinis canitiæ venerabi-
lia) placita *vi unius vocis SCI-
ENTIA* (quando Physica defi-
nitur Scientia) validissimè sub-
verti; eò quod in Scientiæ foro
ad.

admitti non possit præceptum,
 quod quidem plausibiliter de-
 fenditur, Apodicticâ verò certi-
 tudine evidentiâq; cassum est,
sive conclusionis *sive* principii
 locò haberi velit. Similiter si in
 Theologicis heterodoxus dispu-
 tat v. g. adversus justificationem
 ex Fide, Christi meritum am-
 plexante, adversus item Carnis
 Christi divinam Maiestatem, &
 presentiam in S. Cæna, conten-
 tioni de vero & falso non sanè
 alius felicioreve imponetur mo-
 dus aut finis, quàm si, ad staterã
 Analyticam ponderatis utriusq;
 partis argumentis, moncatur
 tandem atque ostendatur, Dia-
 lectica quidem in arena & pro re-
 portanda opinionis gratiã ad-
 versariam disputationem non esse
 de nihilo: sed hic jam contra, o-
 pus esse clarã, invictã, infallibili,
 è proprio principio manante
 demonstratione, evidentiâq; iri-

Exempla
 Theologi-
 ca.

D

ora-

orasulum, quod hæc talia ex in-
stituto revelet; & ea quidem lu-
ce nostram radiare thesin, &c.
Sic enim ulterior sophisticatio-
nis cursus facilè intercipitur ad-
versariisque omnis præcluditur
elabendi rima: quod sanè est ab
ipso spiritu S. non semel com-
mendatum ἐπισημασθη.

*Quæst. de
necessit. B.
O. ad Sal.*

Quod si abundantioris illu-
strationis causâ enucleati⁹
fortean è *Theologia exemplū* tu-
pis, ad manus quælo sume spi-
nosam, apud nos hodiè infelici-
ter resuscitatam, *controversiam*
de necessitate Bonorum Operum
ad Salutem, cuius ad summum
hic est nervus: *An solâ Fide in*
CHRISTUM æternam Salutem
obtinemus, ita ut Bona Opera,
tametsi cæteroquin in & cum
Fide de intimâ Veri Christiani,
Credientis & Salvandi subiecti,
constitutione sint, inter conse-
quenda

*Status ex-
plicatus.*
1.

que
sua
possi
tia:
ex p
suffic
Salu
quen
& sp
reali
tatio
dem
quid
vel p
causa
vel in
NOM
vel co
dei p
terius
eo per
Ruris
Oper
toler
possi

quenda Salutis media vel requi-
sita nullatenus referri debeant
possineve: quæ nostra est senten-
tia: An verò negandum, quod
ex parte nostri Fides in Christum
sufficiat & unice requiratur ad
Salutem ex Christi merito conse-
quendam: (non de nudo jure
& spe hereditatis æternæ, verum
reali insuper consecutione dispu-
tatio est:) sed præter & juxta Fi-
dem etiam Bona Opera, non
quidem ut medium promerens
vel propriè efficiens, at tamen ut
causa SINE QVA (assistente,
vel impedimentum removente)
NON (salventur qui credunt,)
vel conditio SUB QVA (salus fi-
dei promissa sit) vel cuiuscūq; al-
terius nominis Fidei correquisitū,
eo pertineant atq; necessaria sint?
Rursum, an, positò quod asserta
Operum ad Salutem necessitas
tolerabili sensu uspiam admitti
possit, ullà de causa liceat vel ne-

D a cesse

ia ex in-
 idem lu-
 in, &c.
 sticatio-
 bitur ad-
 cluditur
 nè est ab
 el com-

oris illu-
 ucl' eati
 aplū tu-
 me spi-
 nfelici-
 versiam
 Operum
 mmum
 Fide in
 Salutem
 Opera,
 & cum
 ristani,
 ubiecti,
 conse-
 quenda

cesse sit, *EAM* pro genuinâ ortho-
doxæ Doctrinæ parte habere atq;
inculcare? id quod iterum vel
de re & phrasi simul, vel de solâ
phrasi intelligi potest. Brevissimè
quæritur, an propterea, quia ve-
ra Fides non potest dari vel esse
sine B. O. & quia qui verè bo-
norum Operum studio addicti,
certissimè salvantur, qui verò
in peccatis perseverant, necessa-
riò damnantur, necesse sit, B. O.
immiscere in negotium Salvatio-
nis, atque docere, ultra Fidem
etiam huius fructus Bona Opera,
requiri ad Salutem adipiscendâ?

FIDES
quid.

Vbi porro ex indubia ortho-
doxia supponendum, quod se-
cundum Scripturâ **FIDES SAL-**
VIFICA subincludat quidem
cognitionem Evangelii, unâ cum
assensu, (quousque uno nomi-
ne dicitur, *Fides historica*, & ea-
tenus, siquidem cognitio or-
thodoxa sit, *vera* etiam secun-
dum

dum quid) principaliter tamen
 h. l. sit *Fiducia* in CHRISTUM e-
 iusque meritum, seu *fiducialis*,
 habitualis (quæ re ipsa à Reno-
 vationi contradistincta **R E G E -**
N E R A T I O N E in factis esse vix
 quicquam differt) pariter & a-
 ctualis, CHRISTI apprehensio, re-
 tentio & q. induitio: (refer huc
 quæ *B. Luth. in Prefat. Epist. ad*
Rom. de Fidei Veritate docet.)
 Per *Bona Opera* verò denotetur, **B. O P E -**
 ex *Fide* illa, ceu fonte perenni **R A** quid.
 (ceus ab astro suum lumen) spon-
 te fluens cordis & vitæ Renovatio,
 sive ad normam Legis Divinæ
 inchoata nova obedientia, h. est,
 vera Pietatis & Charitatis Stu-
 dium, adeoque non quævis boni-
 tatis speciem habentia Opera, ne-
 que in cæteris externa tantum,
 sed aut maximè etiam interna,
 (uti est *Timor DEI*, amor Ver-
 bi, odium & fuga peccati, pugna
 adversus Carnem, quotidiana

ori bo-
 re atq;
 im vel
 de solâ
 viffimè
 quia ve-
 vel esse
 erè bo-
 additi,
 ui verò
 necessa-
 t, B.O.
 alvatio-
 a Fidem
 a Opera,
 scendâ?
 a ortho-
 quod se-
 ES SAL-
 quidem
 anâ cum
 o nomi-
 ca, & ea-
 nitio or-
 m secun-
 dum

contritio, precum devotio, abnegatio Mundi, sincera propensio ad iuvandum proximum &c.) neq; horum actus solum, verum etiam habitus. Unde brevitate causa in posterum recenta B. Operum appellatio non nisi secundum hanc descriptionem intelligenda.

Sicut autem hæc utriusq; partis, in orthodoxa Ecclesia super hac quaestione hodie controversantis, de consensu manifesta & indubiæ Veritatis sunt, ita hinc omne id dissidium expediri & finitu haud difficile erit, si modo omnes, uti par est, pie nimirum accuratèque, velint Opinione à Scientia semovere, atque operam dare, ut ne Opinio cum Veritate, quæ è propriis & evidentibus salutiferæ Doctrinæ, huc nempe pertinentibus, principiis per se fluit, committatur vel pro ea veneat.

Sic

Sic enim perspectum erit, *Tradita*
Affirmatam Operum ad con- B. O. ad
secutionem Salutis necessita- Sal. necess.
tem : 1. *Universa obniti Scri-*
ptura; in quantum *hec*, à capite 1. *Fundamē-*
ad calcem usque, non solū, dum *to Salutis*
in Justificationis & Salvationis obnititur.
negotio Fidem Operibus, alio-
 quin licet maximè requisitis, di-
 fertè *opponit*; sed iis quoque o-
 mnibus locis, quibus veram
 ΧΡΙΣΤΟΣΟΦΙΑΝ (quod nem-
 pe *solus Christus* omnis sit *coram*
Deo valens Justitia & Salus no-
 stra, quod solā Fide Christum e-
 iusque meritum participemus,
 teneamus & nostrum faciamus,
 atque consequenter nihil præ-
 terea aliud necesse sit ad hoc, ut
 per Christum salvemur) reve-
 lat, æternæ Salutis impetratio-
 nem meræ *Fidei Justitiæ* sic ad-
 scribit, ut eò ipso validè neget,
 Opera nostra ullo modo vel no-
 mine eundē ad finem assequen-
 dum.

, abne-
 pensio
 & c.)
 verum
 evitatis
 ta B. O.
 i secun-
 n intel-

sa par-
 a super
 trover-
 festa &
 ita hinc
 ediru &
 si mo-
 iè nimi-
 Opinio-
 e, atque
 nio cum
 s & evi-
 octrinæ,
 u, pria-
 nittatur

Sic

ΠΡΟΤΟΙΩ

quendum Salvanti Fidei assiste-
re, vel unà requiri. Nam qui di-
cit, omnem nostram Salutem
in solo Christo & fideli eius ap-
prehensione suam esse, eviden-
ter utique quidvis aliud, quod à
parte nostri accederet, *in primis*
verò Opera, à negotio impetrā-
dæ sive participandæ per Chri-
stum Salutis excludit, &c.

2. Legens
cum Evan-
gelio mi-
scet.

2. *Evangelium immistit à
lege perperam inquinare.*

Centrum Sapientiæ Theolo-
gicæ esse *Legis* ab *Evangelio* non
cognitione solum sed & *vivâ pra-*
xi accuratè servatam *contradi-*
inctionem, *Beatis Lutherus*
noster nō sine causa sæpius gra-
viterque monet: *Hanc verò*
malè observant, qui *Opera* nō-
stra referunt inter assequendæ
Salutis requisita; & ut id melius
possint, non verentur negare,
quod B. O. (observatio præce-
ptorum

ptorum Dei seu *nova* Legi Divi-
næ præstita *obediencia*, sint *Legis*
seu *de Lege*, & *contra* asseverare,
quod *ad Evangelium* referenda:
Tanquam Scripturæ ad mentē
Opus Legis non sit, nisi quod *de*
Lege extortum &c.

Quamvis autem *Medii* nomē
haud temerè admittant, neque
dicant, *per Fidem & Opera simul*
nos salvari: sed in generaliore
necessarii requisiti designatione
subsistant; Salutem tamen ni-
hilominus ab Operibus, tanquā
Fidei *concurrente* dispositione
sine qua non, ita suspendunt, ut
negent, *verā Fide Salvatorem*
suum amplexari, sat esse ad Bea-
titudinem participandam; quip-
pe quò etiam Bona Opera con-
ferenda atque necessaria sint.
Hanc verò Operum admittionē
ab heterodoxâ multum distare
haud facile est ostensu. Imò,
quid quæso interest inter quale-

D S,

cunq;

eniq; adipiscendæ Salutis seu
 salvanti Fidei coordinatū *Me-*
dium, & rem Fidei per modum
 conditionis *sub qua* Salus ei im-
 pertienda, associatam? Ut om-
 ninò tali stante Operum prædi-
 cato, nec afflictis *conscientiis la-*
queus, nec confidentiæ in Opera
 & *Hypocrisi*, quæ sanè non Fidei
 solum sed cum primis etiam B.
 Operum persuasione turgere so-
 let, & hinc *utrumq;* tuum requi-
 situm pariter sibi arrogabit, de-
 esse *pabulum* queat: denique,
 nec merito Christi sua Gloria,
 nec Evangelio sua, *Legis contra-*
distinctione unice conspicua, puri-
 tas, nec salvificæ Fidei, suus ner-
 vus atque dignitas in integro &
 salvo maneat: uti quidem ma-
 net, dum Salvantis Fidei Veri-
 tas è propriis, spontaneis, neces-
 sariis & *imprimis quidem internis*
 bonis fructibus instituenda pro-
 batio, atque hinc ipsorum simul
 bo-

bonorum fructuum s. Operum
necessitas, per veræ Fidei radicē,
orthodoxè, *b. e. cum IPSORVM*
à Salutaris negotio exclusionē, ur-
gerur.

3. *Non minus JUSTIFICA-*
TIONIS quàm ei superstructum
SALVATIONIS articulum ad-
misione Operum corrumpere.
Per indubitato orthodoxā Do-
ctrinam, *qua à manifesta Scri-*
ptura ne lacum quidem unguem
recedit, vera Fides nunquam &
nusquam esse potest, quin cor
hominis renovet adq; bona O-
pera moveat, adeoque etiam Fi-
des justificans, quando justificat,
non destituitur bonis suis seu IN-
TERNIS seu EXTERNIS fru-
ctibus. Neque est ut ad nudum
propositum hic confugas, nisi
fortè appellationem Bonorum
Operum ad *externa* omninò
velis restrictam: Per eandem
porro Doctrinam constat etiā,

D 6

quod

3. *Articulū*
Justificat.
similiter
contami-
nat.

quod nihilominus Opera nostra
 nullo modo pertineant vel re-
 quirantur ad ipsum Justificatio-
 nis actum sive negotium, aut
 quocunq; nomine *ad attingen-
 dum Justificationis scopum* Fidei
 adiungi & correquiri debeant
 atque possint. Vbi adverte sis,
 quantum distet necessarium ad-
 junctum & requisitum in *Esse*
absoluto, ab eo quod in *Esse*
 quodam *respectivo* & *quoad pe-
 culiare munus* tale est. His posi-
 tis, quæro annon vera sit hæc
 propositio: *Quomodo*, quantum
 ad Fidei associata vel non asso-
 ciata Opera, *justificamur*, eodem
 etiam *salvamur*: atque *vice ver-
 sa*: uti & ista: *Qui dicit, non sola
 Fide* absolvi Salvationis nego-
 tium, sed etiam Opera Fidei, *cu-
 iuscunq;* *adstantis requisiti nomi-
 ne*, eò pertinere & necessaria es-
 se; atque, si propterea reprehen-
 ditur, satis esse putat respondisse,
se

*Admiratione
 Justificationis
 negotium
 in esse
 absolute*

*se O
 TV
 is ip
 nos
 pari
 requ
 N
 cati
 rio
 liqu
 ban
 con
 tis e
 per
 git
 ben
 se. F
 ciar
 den
 stific
 om
 sis d
 ver
 ne f
 Doc*

*se Opera nõ requirere ut MERI-
TUM & MEDIUM EFFICAX:*
is ipse dicit etiam, *non solà Fide*
nos justificari, sed insuper Opera
pari ratione eò pertinere atque
requiri?

Novi, quid aliàs distet *Justifi-*
catio à Salvatione; sed in eo ter-
tio nullum esse discrimen, facile
liquet. Metuerem tamen, ne
hanc vel illam Maiorem neget
contradicens pars, nisi apertè sa-
tis eam admitteret, quando O-
pera Legis prædicto modo restrin-
git; quando saltem propositum
benè operandi (seu B. O. interna)
se Fidei justificanti, ut tali, asso-
ciare, libenter concedit; quando
deniq; Paulinam Operum à Ju-
stificatione exclusionem de Operib.
omnem justificationem antegres-
sis determinatè explicat &c. Tu
verò jam subitume & conclusio-
ne factà, dic mihi, annon pura
Doctrina de Justificatione hoc
se pacto

D 7

pacto manifestè periclitetur! Id
 quod hoc melius intelliges quod
 magis probè memineras, nō so-
 lum uno aliquo (primo) mo-
 mento nos justificari, sed justifi-
 cationem nostram, etiam actu-
 alem, continuari, quamdiu in
 via huius vitæ sumus &c. Idem
 argumentum disertè confirmat
 hæc quorundam Maior: *Ad*
quod requiritur Fides ad hoc re-
quiritur etiam id, quod cum Fi-
de necessariò coheret: item ista,
ubi requiritur Fides viva & effi-
eax, ibi requiritur etiam id quo
Fides viva & efficax à mortua di-
stinguitur, &c. Imò nihil fre-
quentius est, ei quod ad opus ali-
quod requiritur, necessariò inesse
banc & illam proprietatem, qua
tamen ad idem opus PER SE nō
spelet vel requiratur; ita gravi-
tas & connata frigiditas neces-
sariò inest Baptismatis aquæ, po-
tentia loquendi, ridendi, disci-
plinæ

plinæ capacitas, homini gene-
ranti &c. quod miror doctos
viros non advertere.

4. Cum ipsa Fidei & B Operū
natura pugnare. Quod Hetero-
doxi negant, unam Fidem suffi-
cere seu sufficiens esse obtinen-
dæ Salutis mediū, contenduntq;
etiam Opera insuper eò requiri,
haud mirum est: quando quidē
Fidem isti aliter (tantum videli-
cet ex notitia & assensu, prout
haud dubiè etiam in hypocritas
& impios cadit) definiunt: per
Opera etiam non ita strictè, nisi
nos, æternæ Legi conformes
spontaneos & inseparabiles Fi-
dei fructus &c. intelligunt: Tu
verò, qui cum Orthodoxis agno-
scis, Fidem esse Fiduciam qua
sola mediante noster est CHRIS-
TUS, nostra item est, quatenus
in ipso sita (sita autem in totū)
futura animarum SALUS; seu Fi-
dem per hoc ipsum, quod CHRIS-

4. Fidei &
B. O. defi-
nitioni re-
pugnat.

STO, qui unus omnis nostra Salus
 est, nos unit, eique inserit, esse
 Salvificam, neque à parte nostri
 ullum aliud esse medium vel
 medi nomen, quo Salus per
 Christum nobis obtingat: Ope-
 ra verò, quale dixi, proprium &
 reapse, seu quoad *constitutionem*
Credientis absolutam, separari
 prorsus nescium eius adiunctum
 esse, tanquam à vivâ luce inde-
 festibiliter fluentes radii:

Et tamen contendis, *Fidem in*
Christum ad hoc ut ex eius meri-
 to aternâ Salute potiario, haud
 sufficere, sed unâ cum ea ad hanc
 obtinendam etiam Fidei fructus,
 Bona Opera, exigis. Nonne idem
 simul ais solius Fidei esse & non
 esse, id quo Fides in solidum est
 Salvifica, non esse id quo ea in soli-
 dum est Salvifica: id quo medi-
 ante CHRISTI atque per & pro-
 pter hunc Salutis unice partici-
 pes sumus, non esse id &c. Ais.

insu

insuper, impossibile & (prout è
dicendis amplius patebit) me-
tuendum tamen esse, ut quis verè
credat, qui tamen à Pietatis stu-
dio alienus, ut multi verà Fidu-
ciâ Christum amplexentur, vitâ
impictatem nihilominus securè
continuantes; denique ut Rege-
neratio sit sine Renovatione:

Mira res: Opera juxta Fidem
dum anxie urges, divellis ab hac:
Nos verò, quod frustra metuis,
nequaquam divellimus; ut quâ
ea in & cum Fidei Esse absoluto,
ceu inseparabile eius proprium,
vel maximè, licet in hac ipsa cõ-
sequendæ Salutis causa (ut quò
prorsus non pertinent) tacitè,
supponimus & requirimus. Non
obscuram, inquam, contradicti-
onem implicat thesis tua, donec
videri non vult, in heterodoxo-
rum abiisse castra, atque per Fi-
dem & B. Opera quidvis aliud
intelligere.

Præ Salus
serit, esse
te nostri
um vel
Salus per
at: Ope-
prium &
tutionem
separari
adiuncti
ce inde-
i:

Fidem in
us meri-
is, haud
ad hanc
fructus,
ne idem
e & non
idum est
ea in soli-
o medi-
& pro-
partici-
c. Ais
insu-

§. Non cō-
 fundenda
 confundit, §. Palàm confundere Fidei ve-
 ritatem cum temeraria Fidei
 presumptione, questionem item
 de studii B. Operum in & cum Fi-
 de requisita existentia, seu de Fi-
 de ex intuitu fructuum necessariò
 ponenda vel neganda, cum quæ-
 stione de solitaria vel socia Fidei
 ad Salutem sufficientia vel necessi-
 tate. Verissimè omninò statui-
 tur, quod non qualislibet, h. e.
 etiam æquivocè vocata, mortua
 imaginaria, hypocritica, verba-
 lis vel historica solum Fides, sed
 superius descripta viva & vera
 in Christum Fiducia, quæ Cha-
 ritate aliisque bonis Fructibus
 suis privata esse nequit, ad Salu-
 tem consequendam necessaria
 sit: nam hoc ipsum, ceu è præ-
 dictis liquidam orthodoxiam,
 etiam ij volunt, atque suo loco
 urgent, qui necessitatem B. O-
 perum ad Salutem que dicitur,
 reprobant. Malè autem modò
 vocatæ

vocatæ *necessitatis* defensores i-
 nitio quidem præ se ferunt, ac
 si in orthodoxâ illa thesi acquie-
 scant, in progressu verò disputa-
 tionis non dubitant præ se ferre,
 ac si, *suâ* vel *nostrâ* de sententia,
 etiam hypocritis veraq; Pietatis
 studio callis, Fides, quâ de hic
 sermo, concedenda; vel imò idē
 esse putant, dicaturne, *vivam va-*
ramq; Fidem, qua salvamur, *ne-*
cessariò per Charitatem esse ope-
rosam, an ipsa *Charitatis Opera*
ad consequendam Salutem quo-
 vis modo *necessaria esse*. Atque
 si docetur, quod sola Fides ne-
 cessaria sit ad hoc ut per Chri-
 stum æternâ vitâ potiâmur, ope-
 ra verò, aliàs licet ei intima ne-
 cessitate subinclusa, ad Salvatio-
 nis negotium nullo modo per-
 tineant, nedum juxta Fidem ad
 Salutis assecutionem requiran-
 tur: hoc *isti* subversuri, ergone,
inquiunt, ad Saluris adeptionē
 suffi-

Fidei ve-
 ia Fidei
 em item
 cum Fi-
 seu de Fi-
 necessariò
 um quæ-
 cia Fidei
 el necessi-
 ò statui-
 bet, h. e.
 , mortua
 , verba-
 ides, sed
 & vera
 quæ Cha-
 ritatibus
 ad Salu-
 ecessaria
 eu è præ-
 doxiam,
 suo loco
 in B. O-
 e dicitur,
 m modò
 vocatæ

sufficit operibus denudata Fides,
b. e. si modò in Christum crede-
 re te causeris, tametsi cætera in-
 fidelium more vivas, vel perinde
 esse ducas, bonorum an malo-
 rum Operum juxta studiosus sis?
 Enimverò quid est *mendosam*
Fidem cum *verâ*, necessitatem
 connexionis *in existendo*, cum
 necessitate connexionis *ad Sa-*
lutem consequendum, confun-
 dere, si hoc non est?

**C. Frustra
 adsciscit
 Scripturâ.**

C. Nihil quicquam solidi fir-
 mamenti vel subsidii habere in
 iis Divini Verbi dictis, quæ studiū
 B. Operum magna severitate no-
 bis iniungunt & commendant.
 Vult equidem Scriptura, idque
 iterum à capite ad calcē, dignos
 feramus Fidei fructus & justitiæ
 Operum debitâ diligentia stude-
 amus: eos etiam qui tales sunt,
b. e. in novitate vitæ ambulant,
 omnibus ijs dignatur prædica-
 tis, quæ Fidei, quæ verè creden-
 tibus,

tibus, Dei filiis & æternū Salvan-
dis cōpetunt. Cæteris, qui tales
non sunt, sed in peccatis & im-
pietate securè ac finaliter perse-
verant, iræ & condemnationi
adjudicatis: sed *nullo* ex his talib.
Scriptura dicto dilertè vel per e-
videntem consequentiam dici,
quod etiam Opera, ceu quovis
nomine appellandum Fidei cor-
requisitum, *necessaria sint ad*
consequendum Fidei finem, Salu-
tem, falsissimum est, ut maximè
plausibilis id probare satagat
Dialectica. Hoc solum exinde
sequitur, quod, prout sæpè mo-
nui, continuatæ Renovationis
& B. Operum studium Fidei,
credentium & hæredum vitæ æ-
ternæ, genuina, perpetua, & in-
separabilis proprietas sit, quâ
positâ etiam salvifica Fides cum
omnibus suis consequentibus i
ἀνάγκη simul ponatur, & *ne-*
gata pari ratione simul *negetur*;
quem-

ata Fides,
um crede-
ætera in-
perinde
an malo-
diosus sis?
endofam
essitatem
ndo, cum
is ad Sa-
confun-

solidi fir-
obere in
ua studiū
ricate no-
mendant.
a, idque
dignos
& iustitiz
tia stude-
les sunt,
mbulant,
prædica-
Creden-
tibus,

quemadmodum & *contra*, po-
 sita verâ Fide, indefessa simul
 cordis ad B Opera propensio
 haud dubiè ponitur. Hactenus
 igitur Scriptura, dum *in Concre-*
to (quanquam *Pietatis* v. g. &
Sanctimonie abstractiva etiam
 appellatio Fidem non excludit,
 sed subincludit potius) non sine
 promissione aeternorum Bono-
 rum aut interminatione summi
 exitii urget, laudat, flagitat Bo-
 norum Operum & inculpatae vi-
 tæ studium, eò ipso urget, lau-
 dat, flagitat, & *in subiecto pra-*
supponit veram vivamq; Fidem?
 quemadmodû etiam dum *hanc*
 requirit, commendat, inculcat,
 exigit, opera simul in subiecto
 requirit, commendat, inculcat,
 exigit (fallor? an hæc ipsa in-
 ter primas Scripturæ *virtutes*
 percipiendæ glossa est: neque e-
 nim sine *priori* supposito V. C.
Mosen, aut sine *posteriori* PAV-

LVM

LVM verè intellexeris: Ita, ut
binis verbis ad speciem venia-
mus, nemo qui sine Sanctimonia,
Dominum videbit. Voluntatem
Domini facturis & promissionem
inde reportaturis ὑπομονῆ opus
est: Vitam ingressuros servare
mandata oportet, & sic deinceps:
 quia quàm verè **Sanctimonia,**
 ὑπομονῆ, **observatione Mandato-**
rum Dei, &c. quis imbutus vel
 destitutus, tam vere etiam salvi-
 fica Fide imbutus vel destitutus
 est: Hoc *inquam*, quod Opera
 Fidem præsupponant & Fides
 Opera, quâ ad essentiam, intimè
 subincludat, **ET** per Divina illa
 eloquia in se manifestum, **ET**
 utrinque concessum est, neque
 à nobis ut demonstraretur demùm
 peti potest. Quod verò præ-
 terea ullum Scripturæ dictum
 Opera velit quocunq; nomine
 ad impetrationem Salutis re-
 quisita, temerè profectò existi-
 ma:

tra, po-
 la simul
 openio
 lactenus
 Concre-
 v. g. &
 a etiam
 xcludit,
 non sine
 n Bono-
 e tum mi
 itat Bo-
 paræ vi-
 get, lau-
 eto pra-
 Fidem?
 m hanc
 culcat,
 ubiecto
 culcat,
 ipsa in-
 vntias
 neque e-
 o V. C.
 i PAV-
 LVM

matur, non verò temerè perne-
gatur.

Hic, hic itaque probatione o-
pus est, *nec qualicumq; probatio-
ne* solum: Dialecticam enim nō
unam vidimus: (è quarū censu
est, quod, qui B. O. *Credentibus
& Salvandis necessaria, & Fidei
necessarium consequens esse dicit,*
qui B. Operibus negatis *Salutem
negat, damnationem ponit, idem
opera velit necessaria ad Salva-
tionem: Atqui Spir. S. &c. Qua-
rum & similium propositionum
quàm non nisi malè apparens
sit Veritas, mox patebit ulte-
rius) sed evidēti demonstratione.
Vbi obiter advertes, quàm im-
meritò (ut mollissimè loquar)
obtendatur, eos, qui Opera ad
obtinendam Salutem requiri
negant, hæc facere *arbitraria:*
quasi verò inter *necessarium ad
Salutem & arbitrarium ad Salu-
tem non detur tertium: neces-
sarium,**

farium, non tamen ad Salutem
 & frustra sanè hic luditur in ter-
 mino, *arbitrarium ad Salutem*:
 Qui enim negat Opera ullate-
 nus pertinere ad assequendæ Sa-
 lutis negotium, is hoc ipso ait,
 quod *nec ut necessarium*, neque
 ut *arbitrarium requisitum* eò
 faciant.

7. Denique, etiam quâ parte
 non nihil verisimilis videtur, ad
summum consistere intra sata-
gentis opinionis censum. Sanè,
 in quantum B. Opera superius
 dictum in modum salvantis Fi-
 dei, *ut talis*, correquisitum vult
 controversa thesis, omninò, uti
 ostendimus, falsa est: quemad-
 modum & *falsum*, quod B. O.
 nisi ad Salutem statuantur ne-
 cessaria, arbitraria forent: *fal-*
sum, quod negativa nostra Fidẽ
 in CHRISTUM B. Operum exper-
 tem admittat vel invehat; im-
 piis Fidem Salvantem tribuat,

E

hypo-

7. Ad sum-
 mū, plausi-
 bilis opinio
 est.

hypocrisis & lecuritati frenum
laxet : *falsum* quod nihil subie-
cto salvando necessario compe-
tat, quin idem obtinendæ Salu-
tis requisitum : & dum his tali-
bus suppositis nititur, ne proba-
bilis quidem est.

In quantum verò ea se inflectit
ad *necessitatem attributi insepa-
rabilis* quæ Salvantis Fidei esse
absolutum, adque huius Veritatē
operum intuitu urgendam pro-
bandamque, ad necessitatē qua-
litas cum subiecto salvando
convertibilis, ad denegandam
denique hypocritis & impiis,
quousq; talibus, una cum vera
Fide, Salutis spem : (nam hæc
demonstrativè vera esse constat :
& si adversaria argumenta non
nisi hanc talem conclusionem
vellent, libenter largiremur,
quædam eorum apodicticè cō-
cludere:) nihil vetat, nonnullam
Veritatis speciem ei attribuere

hæc

h. e. videri alicui, Operum illam necessitatem ad Salutem respectum quendam, sive cum ea *quæ ad Salutem dicitur*, non nihil cognationis habere. Et huc quidem, *ad fulciendam nempe opinionis existimationem*, non ea solum faciunt Scripturæ testimonia, quæ paulò ante *ὡς ἐν ἰούρω* consideravimus: sed & diversæ insuper aliæ, non parum sanè plausibiles, collectiones: quas omnes vel multas earum *b. l.* recensere &, quàm reapse nihil evincant, ordine ostendere, non equidem patitur propositi coarctatio: spero etiam per hæcenus adducta *plerarumque* nervum solidè incisum esse: quod si tamen *eius rei causâ* aliquid addere opus est, diligenter observes velim.

Pro soluti-

1. *Probabilitatis speciem*, quâ *one ad-*
 oppositorum nobis argumen- *vers. arg.*
 torum nonnulla splendent, à so- *observanda*
 lapen- 1.

frenum
 hil subie-
 compe-
 ndæ Salu-
 n his tali-
 ne proba-

ē inflectit
 ti in sepa-
 Fidei esse
 Veritatē
 dam pro-
 ratē qua-
 salvando
 egandam
 & impiis,
 cum vera
 nam hæc
 e constat:
 enta non
 lusionem
 giremur,
 cticè cō-
 onnullam
 ttribuere
 h. e.

la pendere amphibologia Præ-
dicati, necessariū ad Salutem,
necessarium ut salveris &c.
 quō, primō intuitu, vel etiam in
 recessu, nihil aliud designare vi-
 dentur, quā quod *B. O. vera*
Fidei, quā salvamur, *veris item*
Salutis heredibus, necessariō in-
 sint, & ij, qui horum expertes,
 secundum Carnem vivunt, ne-
 queant salvari, vel *Fide*, quam
 sibi nihilominus imaginantur,
 ad Salutem juvari: id quod &
 nos constantissimè volumus.
 Sicut autem id Prædicatum in
 & per se plus omninō dicit, ita
 certè & per præsentis *questionis*
statum longè aliud vult, nimirū
 hoc: non sufficere *Fidem in Chri-*
stum, sed etiam *associatam ei ope-*
rum Justitiam pertinere & requiri
 (quamvis non ut meritū &c.)
 ad hoc, ut per Christum Salutem
 obtineamus; malè verò *B. O. ob-*
 obvio

obtinenda Salutis negotio prorsus
excludi. Hoc vel simili modo si,
uti quidem decet, ingenuè ex-
primatur conclusio, facile ex-
pirabit Dialecticus ille splendor.

2. Quemadmodum nō opus
est, quenquam probare, quod
necesse sit, eum qui damnationē
effugere, Gratiā, Fidē & Sa-
lutis spem non excutere velit, a
peccatis contra conscientiam
abstinere & Pietati studere: cura
id utrinque concessum: ita &
hoc liquidò constare, quod id ne-
cessarium ad evitandam dam-
nationem &c. nihil præterea a-
liud dicat, vel salva veritate di-
cere possit, quam illud ipsum:
quodq; malè faciant qui eandem
thesin cum controversā B. Operū
associatione cōfundūt, qui itē per
B. OPERVM à puncto conse-
quēda Salutis EXCLUSIONEM,
statui aiunt, absque eorundem
studio & cum continuata vita

ogia Pra-
Salutem,
eris &c.
l etiam in
gnare vi-
B. O. vera
veris item
essario in-
expertes,
unt, ne-
ide, quam
ginantur,
l quod &
volumus.
icatum in
dicit, ita
questionis
lt, nimirū
m in Chri-
tam ei ope-
e & requi-
eritū &c.)
m Salutem
rō B. O. ob-
obisio

impietate, posse quem per Fidem, quam sibi interim somniat, salvari. Hanc thesin alicui affingere magna profectò injuria est.

3. Accuratè videndum esse, num adhibitum *Id sine Pietatis & Bon. Operum studio, sine vita Sanctimonia &c.* ad SUBIECTUM; (*q. d. sine quò qui est*) an verò ad PRÆDICTUM referatur: *priori enim modo vera esse potest propositio, nihil tamen ad adversariam causam faciens; quæ posteriori falsa.*

4. Verum quidem esse, quod *viva Fides, dum in vitæ huius via per B. O. se exerit & exercet, rectè omnino contendat ad Salutis finem, quodq; eodem sensu Credentes continuatò B. O. Studio contendant & respectū habeant ad Salutem: Neque tamè hinc (unde enim Majori veritas?) firmari posse antithesin.*

5. *Non paucas obiectiones per unam*

unam ex Articulo JUSTIFICACIONIS datam Instantiam protinus corruere.

6. Per hoc, quod Iustificantis & Salvantis Fidei fructus, inchoata vite Sanctitas, non possit nomine conditionis sine QVA NON, in Salvationis vel Iustificationis negotio, à Fidei latere poni & requiri, non statim simpliciter negatur, quod circa Iustificationem & Salvationem appellatio cause sine qua non ulum habere locum possit: non certè regeneramur nisi prius nascamur: Per ipsam Pœnitentiæ definitionem prærequiritur peccati agnitio & contritio ad consequendam peccatorum remissionem: sic & de Salvantis Fidei definitione est perseverantia: his talibus si nomen conditionis sine qua non imponere libeat, per nos id licet.

7. Non satis verè dici, quod

E 4

in-

inchoata vitæ Justitia removeat
PROHIBENS (peccatum &
 mala Opera) sive propriè sive
 impropriè dictam causam intel-
 ligas. Certum est, dum è Fide
 manans B. O. studium, *una cum*
ipsa Fide, perstat, locum nõ ha-
 bere flagitia, quæ, ceu ἀρισίας
 fructus, damnationē attrahant:
 sed quid inde? sanè si B. O. verè
 essent causa *removens talis impe-*
dimenti, nihil obstaret, quò mi-
 nus propriè essent Salutis obti-
 nendæ medium.

8. Nihil id præiudicare pianæ
 & manifestæ alioquin Veritati,
 si maximè unum & alterum ex
 adverso *argutè* propositum ar-
 gumentum difficilis videatur
 solutionis &c. Soliciti hîc su-
 mus de æternæ Salutis doctri-
 na, quò nihil facit vel ἐνδοξόλογος
in amphibologiâ nidulans pla-
 citi probabilitas, sed, juxta ac-
 curatè determinatum atq; ob-
 ser-

servatum quaestionis cardinem,
maximè apodicticâ opus est
certitudine atq; evidentia.

Per omne igitur *Salutis nostræ*
fundamentum, per summè ne-
cessariam *Legis ab Evangelio di-*
sternationem, per indubiè ve-
ram *de Fide sine Operibus Justifi-*
cante doctrinam, per ipsam *sal-*
vificæ Fidei & B. Operum defini-
tionem, per *veræ & falsæ Fidei,*
adessentia item *absolutæ & respe-*
ctiva *contradistinctionem*, per
hoc, quod ex *adverso allegata*
Scriptura utriusq; partis de suf-
fragio *verè Credentes secundum*
propriatatem fructuum æstimat,
hosque ipsos ad Veri Christiani,
qui æternam Salutem participa-
turus sit, *constitutionem requirit;*
nihil verò *amplius demonstrari*
inde potest; deniq; per *merè Dia-*
lecticum vel litigiosum *adversa-*
rii asserti splendorem, invictè &
evidenter satis constat, summò

Conclus'

E S

OT

orthodoxæ Veritatis jure **B. O-**
pera excludi à Salvationis nego-
tio, h. e. solâ Fide in Christum
 sine Operibus nos salvari, quam-
 vis ea Fides, quoad *Esse* absolu-
 tum, nec sit nec esse possit sine
B O peribus, *ὁ πᾶς ἔδει δειξαι.*

*Alterum
 questionis
 momentū.*

*assertum
 quodam
 sensu tole-
 rabile.*

Quemadmodum verò haecte-
 nus peracta disputatio omninò
 de re ipsa (*uti reapse se habeant
 obtinenda Salutis requisita*) non
 de meris verbis est; ita sanè aliud
 longè fuerit, si quæretur, *an quo-*
cunque sensu uspiam dici possit,
 vel à non nemine potuerit, **B. O.**
Studium (*studere Pietati & ab-*
stinere ab Operibus Carnis) *ne-*
cessarium esse ad Salutem, utque
aternā vitam per Christum con-
sequaris: nam vel è modò di-
 ctis patet, *prædicatum illud non*
parum ambiguum esse, neq; ad
reprobum sensum, quem, ut vi-
dimus, antithesis expresse suum
facit.

facit, adeò alligatum, quin aliquando meliorem quoq; induat, quò scilicet nihil aliud dicat, quam, quod Salvifica Fides, quod verè credens & per Fidem salvandus, necessariò talis (h.e. pietari studens & flagitia fugiòs) sit, quod, qui Operibus Carnis dediti, falsò sibi attribuant ut Fidem, ita Salutis spem; quâ de re quod nulla hic controversia sit, jam ante ad nauseam monui.

Vnde haud inviti fatemur, puris alioquin Theologis (de quorum orthodoxa mente & quid hac de re sentiant, aliunde certi sumus) omninò cõdonandum id esse, si fortè eorum quis, procul à disputatione de Salutis consequenda modo & mediis, inurgendo Pietatis studio occupatus, uspiam scripserit vel pro cõcione dixerit: ut Salute potiamur, necessarium esse missâ impietate Pietati Operam dare; ad

*Salutem requiri, seu ad salvandū
necessarium esse, Fidem per CA-
ritatis opera efficacem: frustra
esse qui absque sanctimonia stu-
dio se Salutem obtenturos cre-
dunt, & sic deinceps: quia longè
ALIUD est, an in sensu formali &
reduplicativo, vel, ubi obtinen-
de Salutis modus & requisita ex
professo & polemicè determi-
nanda: ALIUD, si in sensu mate-
riali & identico, per extranei ser-
monis seu libertatem seu incu-
riam tale quid asseras.*

Atque si quis hoc unum pro-
bare intenderet, quod *extra
controversiā, meliori sensu VS-
PIAM* admittæ tales locutio-
nes, excusari magis quàm hete-
rodoxias statim damnari debe-
ant, ei facilè suffragarentur, qui-
cunque norunt, quantum inter-
fit inter rotundam tradendæ *Fi-
dei thesin*, & liberius quodlibet e-
nunciatum, quod, citra formam
con-

cōtradietorium, in sobrio sensu
alicubi tolerandum.

Ista verò minus quam nihil fa-
ciunt pro iis qui non tam PHRA-
SIN, alicubi fortè adhibitam, ta-
liter excusatam, quàm ipsam
cœlesti Veritati adversantem
REM, quod nempe, ex parte ho-
minis, ad habendam animæ Sa-
lutem, non sufficiat Fides in Chri-
stum, fidelis Christi appren-
sio, ita ut fructus Fidei, Pietatis
Opera, à Salutis (perinde ut Ju-
stificationis) negotio prorsus ex-
cludantur; sed præterea etiam
ipsam illam vitæ justitiam, cuius-
cunq; correquisiti nomine, eò
pertinere atque conferendā esse,
ex professo & pugnaciter defen-
sam, imò indubiam atq; necessa-
riam Orthodoxæ & Salvificæ
doctrinæ partem esse volunt:
tanto videlicet graviori cum er-
rore, quò magis vera sunt, quæ

*Sed id nil
juvat ad-
versam
partem.*

de condonationem suadentibus
circumstantiis modò dixi.

*Tolerabi-
litas Opi-
nionis est,
non Scien-
tia.*

Huc itaq; spectat *altera*, ab i-
nitio determinatæ, *questionis*
formula; ad quam responsi lo-
co non possumus hîc nisi hanc
manifestissimè veram reponere
conclusionem; *si maximè asser-*
ta B. O. ad Salutem necessitas et-
iam commodo (quem uno no-
mine SUBJECTIVUM appelles li-
cet) *venire sensu, in eog; non ne-*
mini uspiam condonari queat,
inde tamen nihil minus sequitur,
quàm, eam pro orthodoxo, sano
& puro Fidei dogmate haberi
posse vel debere: nam, præter-
quam quod deterior sensus ei
intimior & magis obvius perq;
asserentium expositionem pa-
lâm admitti solitus, ex eo sanè,
quod thesis aliqua, *ceteroquin*
non bona, boni quoq; sensus ca-
pax est, &, si hoc accipiatur, ali-
quatenus excusationem mere-
tur,

tur, evidenter potius concludi-
tur, non posse inter Orthodoxæ
Fidei dogmata referri; id quod
mox pluribus dabo perspectū.

Fallor, an hoc unum, si dili-
genter observetur, sufficiens esse
medium potest ad omnem istā
disceptationem optatè termi-
nandam: quod nempe hīc pla-
nè non sit quæstio, quid, quo-
cunq; sensu, uspiam dici vel ad-
mitti possit, sed QUID & QUOMO-
DO orthodoxè, purè & sanè DE
NECESSITATE B. O. & SA-
LUTIS CONSEQUENDÆ
REQUISITIS, DOCENDVM
SIT? hīc Rhodus, hīc saltus.

De simpliciter affirmanda vel
neganda B. O. ad Salutem neces-
sitate (nisi scilicet status quæsti-
onis, uti supra vel hic, probè de-
terminetur) multum disputare,
vereor ne sit *Andabatarum mo-
re pugnare* & merū λογισμαχείν:
quia id necessarium ad Salutem
sive

Summè
notanda.

sive ut salveris, toties dictæ equi-
 vocationi subest: æquivoca autē
 quæstio & thesis, quamdiu talis,
 ad contradictionem atq; disputa-
 tionem oppidò inepta est: quia
 etiam videmus omnia ferè è cō-
 trario adducta argumenta ex eo
 captare Veritatis speciem, quod
 & dum, per PRÆDICATVM
 ILLVD, hoc solum urgere vi-
 dentur, quod ij, qui in impieta-
 te persistunt, nec salvificam ha-
 beant Fidem, nec salvari possint,
 & omninò necesse sit, veram Fi-
 dem verumq; Christianum, qui
 per Fidem in Christum æternæ
 Beatitudinis particeps sit futu-
 rus, sinceræ pietatis fructus ede-
 re, carnisq; Opera evitare: his
 verò largiter concessis, nihilo-
 minus falsum est & manet,
 quod inchoata vitæ illa Justitia
 ullo nomine consequendæ Sa-
 lutis negotio immiscenda, jux-
 taque Fidem eò requiratur: (ve-

rum contra, quod inde, *non secus ac à Justificatione*, prorsus excludenda) falsum item, quod adversaria assertio eò, quod *bono aliquo sensu sese colorare possit*, statim legitima orthodoxæ, sanæ & puræ doctrinæ pars habenda.

Ex dictis collige quàm frustra sint, qui in urgenda hic *contradictoriarum Lege* tantoperè sibi placent, perinde ac si necesse omninò sit, aut *HANC (B.O. sunt ad Salutem necessaria)* aut *ISTAM (B.O. non sunt necessaria ad Salutem)* *SIMPLICITER* veram atq; *STUDIOSE TRADENDAM* esse: non verò constet, in sensu *SUBIECTIVO* (qui tamen minus proprius seu genuinæ verborum vi minus respondens) *banc* falsam, *illam* veram; in *FORMALI* (quò designatur ad Salutis rem unà cum Fide pertinens requisitum &c.) *banc*

Contradictio equivocatione impedita.

Etæ equi-
oca autē
diu talis,
disputa-
est: quia
erè è cō-
nta ex eo
m, quod
CATVM
gere vi-
impieta-
cam ha-
possint,
eram Fi-
um, qui
æternæ
sit futu-
tus ede-
are: his
nihilō-
nanet,
Justitia
ndæ Sa-
la, jux-
ur:(ve-
rumb

hanc veram, illam falsam esse: Quae de causa nec posterior (negativa) nisi, modo saepius adsignato, ambiguitas disertè amoveatur, sanum atq; tutum Christianæ Fidei dogma constituere potest.

*Etiamsi
questio sit
de nudâ
Phrasi,*

*affirmati-
va tamen
Scientiæ
insensa o-
pinio est.*

Quapropter tandem eorum quoq; Opinio intolerabilis planè est, qui concessò licet, quod *Opera Fidei in Salutis assecutione nullo necessarij requisiti nomine consociari queant*, h. e. reapse nobis *ὁ μὴ ἴστωρ*, nihilo tamè secius *PHRASIN*, necessariū ad *Salutē*, cum aliquoties indigitatò sobrio intellectu, ad fortius redarguēdos *PseudoChristianos*, salvâ *Orthodoxiâ* hic retineri posse, persuadere sibi aliisq; velint: *PHRASIN*, inquam, quæ I. eo sensu, quem verba naturaliter & directè secum ferunt, quamq; defensoria expositio amplectitur, accepta, à sana Doctrina notabi-

tabiliter deflectit: atque hinc 2.
simplicioribus & praecipue
praesertim, non potest non erro-
 neum instillare conceptum: &
 ad minimum 3. obscura, ambi-
 gua, lubrica & inde fallax est: id
 quod ipsi agnoscunt eius fauto-
 res, quando negant hanc (*B. O.*
sunt necess. ad Sal.) absolute se u-
 surpatam & defensam cupere: cuius
 4. hic admisso usu, fieri nequit,
 ut SS. depositum purae Doctri-
 nae de *Justificatione & Salvatio-*
ne, sartum, tectum, & Evange-
 lium ab admista Lege illibatū ser-
 vetur: quae 5. heterodoxae opini-
 oni *σύζυγος*, apprimè ad votum &
 salivam est: quae 6. ex quo inve-
 hi voluit, à plerisque orthodoxis
 Theologis & tot Ecclesiarum
 Symbolicis libris, *supradictis de*
causis, magno Zelo unanimiter
 explosa est: cuius 7. per lauda-
 tissimum *Concordiae librum* &c.
 facta proscriptio, optatam resti-
 tutum

tutum Evangelium pace, attenuata verò invectione ingentibus semper malis affecit.

Præter quæ omnia, *partim* è supra disputatis, *partim* in se manifesta, quæ *thesin* porro etiam hæc indubitatae Scientiæ sunt, quod (1) non sensu solum atque mente sed, quoad fieri potest, etiam verborum tenore ab heterodoxo jugo sejungi nos oporteat: quod si (2) ulla phrasis ideò inter sanæ Doctrinæ formulas stare possit, quia non unice malo, sed etiam bono sensu accipi eiusq; intuitu quandoque admitti potest, nulli non temerariæ novitati aperta foret fenestra: quod (3) orthodoxa Doctrina *hypotyposi sanorum verborum PER OMNIA* cõformis esse, oppositum errorem aperte excludere, denique rotundè, clarè atque citra ambiguitatem verum exprimere debeat: quod deniq;

deniq; (4) non desint, sed largi-
ter suppetant alia citra contro-
verſiam ſana, pura atque tuta
formula, quibus vera B. O. neces-
ſitas convenienti Zelo inculcetur.

Nec ullum ullius conſideratio-
nis argumentum *in contrarium*

adduci poteſt, præter numeroſè

congeſta *Veterum & Recentio-*

rum Theologorum de Salvandis

necceſario B. O. ſtudio eloquia:

quorum tamen pauciſſima ad cõ-

troverſam theſin quicquam fa-

ciunt: nulla HANC ex profecto

deſenſum eunt: exprimunt illa

necceſſitatem penitiſſimè com-

plicati adiuncti proprii, ſine

quo qui ſunt ſalvari nequeant:

Et quamvis aliqua paulò libe-

rius excurrant: citra tamen cõ-

troverſiam de Salutis obtinendæ

mediis id factum, neque ſine a-

gnita ſobriæ explicationis indi-

gentiâ.

Ita ergo, ſive de R. E. ſive de *Finita Di-*

VER.

*Atteſtata
Theologo-
rum nulla.*

ce, atten-
gentibus

partim è

tim in ſe

porrò et

Scientiæ

ſu ſolum

l fieri po-

tenore ab

gi nos o-

la phraſis

rinæ for-

non uni-

ſenſu ac-

loque ad-

temera-

ret fene-

loxa Do-

rum ver-

cõformis

m aperte

rotundè,

guitatem

at: quod

deniq;

*Sp. de ne.
cessit. B. O.
ad Sal.*

VERBIS quaestio sit, ob oculos est
per manifesta Veritas, quod (1)
ad hoc, ut aeternam Salutem con-
sequamur, una Fides in CHRIS-
TUM sufficiat atq; requiratur,
exclusa Operum seu vitae Justi-
tia, quamvis HACEA, qua pro-
prietatem ESSE absoluti, destitui
nequeat: quod, (2) ut maximè
asserta B. O. ad Salutem necessi-
tas commoda interpretationis
beneficiò uspiam toleranda, nihi-
lo tamen minus malè opinentur,
qui eam, ceu necessariam & ge-
nuinam Christiana Doctrina
partem, propugnant: quod (3)
salvâ Orthodoxyâ & ὑπολυπώσῃ
ἰγιαρόντων λόγων ne PHRASIN
quidem ILLAM (cum subintel-
lecta restrictione ad sanum sen-
sum) retinere & invehere liceat:
quod deniq; non nisi ad summū
probabilia sint vel esse possint,
quae ἐξ ἐναντίας hic adducerentur,
argumenta.

Hæc

Hæc, quæ exempli causa im-
 præsentiarum obiter interserui,
 à nullius orthodoxi Theologi mē-
 te aliena, & eapropter perple-
 xam hanc disputationem defini-
 tu non, uti aliquibus videtur, dif-
 ficilem adeò fore, siquidem, quod
 sperare omninò convenit, pia ad
 concordiam voluntas ubivis in
 promptu sit, firmiter confide,
 idemq; ut *DIVINA GRATIA*
 faxit, cum bonis omnibus, seriis
 precor suspiriis.

VT autē alicui videar, non
 commodū & illustre satis
 specimē hīc dedisse; certus tamen
 sum, quod nulla in Mundo tan-
 topere intricata esse controver-
 sia possit, quin certò cognita
 Veritas per accuratam Opinio. Apodicti-
 nem à Scientia segregandi Stu- calis non
 dium à difficultatibus omnibus potest hæc
 feliciter expediri, simul atque rere sub
 aberrans (cætera sanus adhuc) iudice in-
 intellectus validè expugnari, cō- tellectu.
 vinci,

Hæc

vinci, ac eousque adigi queat, ut, *saltem* λόγος ἔγω, triumphanti Veritati gloriam det: & tam quidem certus sum, quam verum est, ea certæ cognitionis principia atque media, quæ *DEVS* & *Natura* nobis concessit, verò nobis concessa esse. Non est enim sanus intellectus *talis iudex*, ut si ad eum deferatur causa aliqua, cum *evidentibus*, è Rationis vel etiam Revelationis lumine, *evidenter propositis veræ decisionis Legibus*, rectum iudicium nihilominus suspendere vel denegare, & litem protrahere valeat.

*non benè
demon-
strans Sci-
entiam
impedit*

Peccatur itaque hic, non solum, dum quis *pro retinendâ sua Opinione certæ Veritati* obluetatur, & *HANC* expugnandæ *Opinionis*, *ILLAM* urgendæ *Scientiæ* loco; illius item *demonstrationes pro topicis collectionibus* *SVAS* vero tales pro *demonstratio-*

tionibus habet : verum etiam, dum, in polemicis maximè, apodictica thesis cum suis fundamentis, per modum dialectici apparatus, frigide, dissolute atque perfunctoriè proponitur, & sæpè (possem è *Physicâ* & *Medicinâ* exempla adducere,) contradicentium effugiis atq; cavillationibus exponitur magis, quàm ut ab his vindicetur: non animadversò, quod *ibi* haud satis sit, *sibi ipsi & eidem sententiæ addictis satisfacisse*, ubi adversario, obnitente opinione & præconceptibus occupato, *intellectui cum primis satisfaciendum erat.*

E quibus omnibus abundè intelligitur, quod in hac ipsa *Scien. Apodicticæ dignitatem ab opinione internoscendicæ dignitas.* contraque hanc feliciter urgendi arte, universæ Apodicticæ apodicticæq; methodo tradendarū

F

Disci-

Disciplinarum nervus atq; centrum consistat.

Intelligitur *item*, quàm verè *superius* dixerim, impeditioris & *erroneæ Philosophiæ* potissimam *causam* in neglecta *Apodictica*, adeoq; palmare quoq; *remediũ* in hac ipsa accuratius adornatã residere, & per consequens *eam* incomparabile prorsus, omnisi desiderio ac studio dignissimum & nunquam satis laudatum bonum Deiq; donum esse: cuius *nempe* beneficiõ universã verum *SCIENDI Sapiencia habitus, Scientiam ab Opinatione accurate ubi vis discernendi imbuamur.*

Ex iisdem deniq; , ut ad institutum *tandem redeam*, intelligitur etiam, quo loco *meus ille*, emendationi *Philosophiæ* potissimum dicatus, *labor* habendus, quidq; de hoc sentire & sperare fas sit: utpote cuius omnis cardo in hætenus laudato apodictici

tici luminis centro vertitur.
 Huc namque tres priores libri
 (eâ, *Scientiam* videlicet *ab opi-*
nione vindicandi, *Lege SANÆ*,
MORBOSE & RESTITUENDÆ
Philosophiæ protheoriam ador-
 hâdo) ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΩΣ
Quartus PRINCIPALITER simul
 atque MODALITER; (h.e. *exerci-*
tio & signatio actu junctis, post
expositas Scientiæ & Opinionis,
Demonstrationis item & *Diale-*
ctica probationis notas atq; pro-
 prietates, accuratum SCIENDI
 Modum tradendo;) posteriores
 duo EXEMPLARITER (sepositis
 videlicet opinionibus, per se no-
 ta utriusq; *Scientiæ* principia fi-
 deli operâ recensendo) contem-
 dant.

Neque verò dubitare licet, quin *Nobis pro-*
 hâc viâ desideratæ emendatio- *profitea*
 nis metâ cum bono DEO ad vo- *emendati-*
 tum assequi liceat, ut quæ primò *onis viâ*
 NATURALIS, ab ipsa videli- *est, i. NAT-*
 cet

**TVRA-
LIS.**

et naturæ luminis simplicitate præscripta, non verò speciosè opinantis ingenii commentum est: quemadmodum enim SCIENTI desiderio omnes naturâ flagramus, malumque certè quam dubii, evidenti quàm luci-fugâ, reali quàm commentitiâ sententiâ imbuti esse: adeò ut nemo vel eorum qui, *cacò impedimentorum amore eò perverſitatis lapsi*, errorum tenebras veritatis luci obstinatè anteferunt, tam procul à rectâ viâ recessisse, nedum *sciens volens* recessisse videri velit: nec quisquam sanæ mentis dicere ausit, *connatam ad rectæ Rationis normam, & licitum & optimum esse*, missò Scientiæ jugo, quicquid ubivis libet, *opinari*: ita & Philosophicarum Scientiarum genuina propriaq; *Principia*, quibus unicè standū, haud dubiè *naturalia* seu *naturâ & per se evidentiâ*; ipsæ etiam hæc

hæc *γυναικας* urgendi, sive Sci-
 ENDI, apodixin ab epicheremate,
 & veritatem ab opinione di-
 scernendi *LEGES naturales* (ut
 quas *connatum* Rationis lumen
 fert, *ars* observat tantum) *utiq;*
sunt: quod quidem suo loco ple-
 nius edocebitur; uti & hoc, quod
 ultra ea quæ *tum* in sciendi mo-
 do *tum* in ipso Scientiarum cur-
 su per naturale intellectus nostri
 lumen manifesta sunt, nihil hic
 requiri vel desiderari amplius
 queat.

Vnde porrò & *secundo loco* ea **II. FACI-**
 dem emendationis via in & per **LIS.**
se manifesta, nota, plana, agnitu
& initu facilis est; modò ne asse-
 quendi & ineundi animus desit:
 Quia nempe recta eius linea in
 simplici consistit naturæ lumi-
 nis planitie indeq; per se fluit,
 non verò quid ab otioso inge-
 nio anxie excogitatum aut alio-
 rum ex conceptu, ad invento,

scripto & præscripto hariolan-
 dum sive æstimandum est. Et ut
clarius hoc probem, nemo certè
 nostrū concedet, se nescire vel
 difficulter assequi posse, quid
 SCIENTIA (quatenus opinioni
 contradistinguitur) quid item
 ipsa OPINIO, & quantum hac in
 sciendæ Veritatis negotio ad-
 missa, *malum sit*; quænam sint
Apodictica, h. e. per se & naturā
 nota sive propria *Scientiarum*
Principia, quæque ex his *analy-*
ticè fluant: quæ CONTRA
Dialectica, ἔνδοξα, probabilia,
 lubrica adque demonstrationē
inepta lemmata, & *his innixæ*
placita; quod insuper & quibus
 utrumque extremum notis suis
 certò agnosci aque opposito
 suo discerni queat ac debeat &c.
 Atqui verò intra hos terminos
 tota consistit, neque plus ultra
 requirit, quam ego aggredior
 emendationis via, Omnium
 ergo

ergo de consensu ea promptè ob
via, plana, cognituq; & usurpata
facilis est.

Dico autem 1. *in & per se*:
hoc ipso tacitè subindicans,
quod *ex accidente*, ob adscititia-
rum *nempe* difficultatum, inve-
teratarum aberrationum per-
versorumque præconceptuum,
variarum sectarum, inanium
contentionũ, & sophisticationũ
(quæ omnia mala uno *Opinionis*
nomine comprehendimus) ve-
pres, dumeta, resq; a, tenebras,
abstrusa, admodum impedita &
tantum non oblitterata, adeoque
perdifficilis videri queat; adque
hoc, ut, perruptâ obstaculorum
glacie, penitus expediatur & in
usum revocetur, improbò opus
sit labore: Sed his non obstan-
tibus, *in & per se* nihilominus
plana lucidaq; est & manet: ma-
ximè, quia eadem, ceu *natura-*
lis rectas Apodictici luminis

linea, expeditum medium est, antedicta impedimenta omnia facili negotio removendi. Per se nunquam & nusquam difficilis esse potest, quousq; datur (datur autem quousq; propria principia lucent: ubi autē hęc desiderantur, non solū difficilis, sed prorsus inaccessa & denegata est) *EVIDENS Scientie via*; uti quidem *Opinionis*: nec difficilis labor, nisi qui *pro opinione*, *ex opinione*, vel etiam (ex accidenti) *contra opinionem* insumitur. *Opinio* (à naturali impotentia, quā insuperabilis, si abeamus) *difficultatis omnis causa est*. Fatemur igitur, secludendarum *Opinionum* intuitu difficultate non carere emendationis hoc iter: sic tamen ut *respectivè* nihilominus hoc quoque in passu facilima sit nobis peramata via: donec videlicet planior & faciliior alia datu impossibilis.

Quan-

Quamquam hic non solum re-
spiciamus *ad* (naturâ facilem,
accidentariè verò impeditam)
viam sternendi explanandique;
sed eandem quoque agnoscendi &
postquam strata explanataq; est,
usurpandi conatum.

Hinc 2. duo *agnitu & initu*
facilis: non scilicet cuivis datum
est, in paranda vel reparanda
emendationis doctrinæ via oc-
cupatum esse; sua tamen studia
quilibet mediocris iudicii haud
difficiter ad simplicem cõfor-
mabit naturæ viam, ut, *quousq;*
per reapse manifesta Scientiæ
principia integrum est, SCIRE
gnaviter pergat vel saltem opi-
nionis nihil pro Scientia habeat:
idque facilius adhuc, siquidem
eam ad normam *huius & illius*
disciplinæ præcepta alterius ope
fuerint præstituta.

E quibus proclive est intelli-
gere, quare 3. loco addam:

F 5

modo

ium est,
a omnia
ndi. Per
m diffici-
latur (da-
oria pri-
hæc defi-
cibilis, sed
denegata
ie via; uti
e difficilis
nitione, ex
ccidenti)
sumitur.
potentia,
beamus)
a est. Fa-
larum O-
fficultate
onis hoc
ectivè ni-
e in passu
nata via:
r & faci-
lis.

Quan-

*modò ne assequendi & usurpandi animus desit: potest nihilo quidem minus rectior via plana & iter facile esse, tametsi is qui ire debet ad cæca diverticula miseraque res qua damnatus esse malit: Verum, quia hic sermo est de facilitate viæ ad benè assequendum terminum; nihil utique magis præterea requiritur, quam *cordatum eundi propositum*, cum promptis expeditisq; pedibus. Donec enim *juratò q.* animum quis alligat ad solitas aberrationes, ad aliorum placita sectandi, suave tuendi, cacoëthes; cum melioris viæ vii haud dubiè conclamatum est, si vel ipso Sole ea clarior facilinamque faciliior sit.*

Summum felicioris eruditionis impedimentum non *ab intellectu* sed *à voluntate* provenire, næ malum est satis deplorari nescium. Sponde tu mihi eos, quos

quos velle cum primis decet, ex
 animo velle Sciētias ab opinio-
 bus repurgatas, Scholas è Phi-
 losophia beatiōres, & sponde-
 bo ego optatæ certæque emen-
 dationis effectum!

Est *tertiò* hæc emendationis **III. CER-**
doctrinæ methodus stabilis, cer- **TA.**
ta, fallere & falli nescia: non i-
 deò solum, quia, ceu dictum,
 naturæ lumen κατὰ φύσιν sequi-
 tur eiq; impressa, non à me alio-
 ve homine conficta est: sed eò
 insuper, quia ad certam hîc emē-
 dationis rationem nihil æque
 desideratur, quàm solida immo-
 taque verum sciendi via, quâ da-
 tā cætera omnia melioris do-
 ctrinæ requisita, ut *nervositas,*
boni ordinis lumen, jucunda fa-
cilitas, optata utilitas &c. haud
 difficulter, imò ultrò cōsequun-
 tur: Jam autem nobis propo-
 sita via illa talis est: utpote
 cuius proprium, *Dialecticum ab*

Apodictico, certum ab incerto, verum à veri specie, quàm accuratissimè secernere; quodlibet sciendum verum è propriis suis principiis evidenter cognitum requirere, neque in Scientia censu ferre, quod incertum, h. e. probabile & opinabile solum, deniq; modum patefacere, quò scientifica, adeoq; certa quaelibet thesis à difficultatum, quas oblectantium opinionum lubricitas parit, perplexitate feliciter salvanda sit. Paucis, est hæc via omnibus Scientiis per se & naturâ suâ conveniens; cui donec immotè insistitur, ad veritatis &, quam solida eius cognitio secum fert, undiq; felicioris doctrinæ scopū haud dubiè rectà ducens. Aut ergo hoc emendationis mediū certum, aut nihil certi in rerum natura humanoq; intellectu est.

IV. VNI. Est igitur *quarto* eadem via **IN-**
CE RE- solidum necessaria, unicè recta,
CTA. nec

nec ultra citraq; eam ulla datur
 alia: cum, quaecunq; tandem a-
 lia confingatur, (*intrinsecè &*
effectivè) Opinionis sit, verita-
 temque opinionibus & conse-
 quenter erroribus implicatam,
 atque ita Philosophiam nihilo-
 secius inemendatam linquens.
 Requiras & promittas tu, ut ut
 velis, serium tradendi veri stu-
 dium, exquisitiorem præcepto-
 rum selectum, falsorum & inu-
 tilium abiectioem, cum vero-
 rum & utilium luculentiori or-
 dine, per inania tamen verba da-
 bis, nisi ante omnia teneas, tra-
 das, commonstres urgeasq; in-
 fallibilem viam, modum atque
 media, quibus id omne conse-
 quaris: nullus autem modus,
 nullum medium tale in rerum
 natura est præter analyticam il-
 lam rescindendarum opinio-
 num curam.

Atque hinc etiam patet, quare

doctissimi quidam viri, seu à pri-
mo, omnium inculcanda urgen-
daq; apodictica accuratione de-
ficientes saltem, seu pro sua opi-
nionem quamvis aliam viam de-
sernentes, in peruestigandis phi-
losophici studii morbis suaden-
disq; horum remediis magnam
partem frustra laborarint.

Ita sanè P. Ramus, quia Logicã
(modum SCIENDI) in recessu
nihil aliud esse voluit, quàm ad
summum, modum speciosè & ev-
látlos OPINANDI, sive TOPICE
DISSERENDI; Demonstrationis
doctrinæ (quod in poster. anal.
infantem à sordibus distinguere
nesciret) tantum non apertum
se professus hostem, prorsus ivit
extra oleas. Neque melioris,
modò ne deterioris multò, notæ
Cartesianum est consilium; in
otioso quippe & vanò consistens
opinantem imaginationis lusu.

Comenii
instituten

Sed & Comeniana Panfopbia
quàm

quàm sit præter rem operosa àq; scopo abludat, è præmissis perspicere est. Vt maximè nõ quà Veritatem solum, sed & *prolixitate, difficultate, utilitate & summi Finis neglectu* laborent communiter trita Philosophiæ Studia; id tamen nunc satis est, quod, prout jam ante monui, *unus solidè sciendi Veri scopus reliquos omnes secum ferat*: hoc namque si (post verè agnitam mali causam, convenienti adhibito remedio) obtineatur, ut naturæ luminis evidentia & quà tradendum **SCIENDI Modum**, & in ipsa Scientiarum praxi, decenter splendeat, nervosa quoq; *brevitas*, cum *dilucida præceptorum serie*, in promptu erit, neque *aberratio ab intermedio vel supremo sine negotium* faceret. *Sin minus*, nihil est quod in cæteris labores vel te effecturum speres.

Et

Pansophi-
cum,

eu à pri-
urgen-
ione de-
sua opi-
iam de-
dis phi-
suaden-
magnam
int.

a Logicã
recessu
quàm ad
è & è v-
TOPICE
rationis
er. anal.
inguere
perum
orsus ivit
melioris,
tò, notæ
ium; in
nsistens
s lusu.
ansophis
quàm

*Et ipsum
cum pri-
mis requi-
rit verita-
tis viam.*

Et hoc quidem intendit etiam
atque unà nobiscum in votis ha-
bet *Pansophia Prodromus*, ut
nempe *clarus* detur cognoscen-
dæ *Veritatis Sol*, quò opinionum
nebulae ultrò evanescant, p. m.
(edit. Lugdun. Anno 643.) 29.
omnia ex immotis principiis in
immotam surgant *veritatem*, o-
mnia tradantur *demonstrativè*,
p. 31. cesset *partem sebandi libido*
p. 33. habeatur *intellectus huma-
ni Fax lucida & Veritatis norma
stabilis* p. 41. accuratè *perspiciat-
ur rerum omnium veritas*, (quod
maximè optat) p. 42. *quaratur
Veritatis firmamentum*, non O-
PINIONVM figmenta; nempe
ut omnia scibilia simili certitudi-
ne tradantur, quâ apud *Mathe-
maticos demonstrationes proce-
dere videmus*, ut *dubitationi ne
locus quidem relinquatur*, p. 43.
*patefactâ plenâ Veritatis viâ
collantur disidia, aberrationes,*

contentiones, p. 44. rerum cogni-
tio sit perfecta, h. e. Vera p. 63.
infallibilis ubiq; teneatur Verita-
tis certitudo p. 120.

Enimverò sicuti palmaré, &
suo modo unicam, è superiori-
bus notam, admissi omnis erro-
ris causam protus negligit; (esto
quod obiter & ἀσκότως eius ali-
quid attingat) aliis interim mi-
nus veris sollicitè inhærens:
(quicquid v. g. sit de nimia stu-
diorum restrictione; Systemati-
ca certè Disciplinarum sejunctio
& principiorum proprietates, quæ
hic malè particularitatis nomi-
ne venit, adeò nullius erroris
causa est, ut potius erroribus,
quas disciplinarum confusio & in-
communibus principiis nidulan-
tes opiniones pariunt, medeatur
&c.) ita quoque per ardui præ-
cellentisq; eius scopi assequendi
medium atque viam (quæ, fa-
tente A. p. 44. non nisi una esse
po-

Quam ta-
men præ-
terit.

sumulov

ahohk hof
mal

om hno
hahoy

po-

it etiam
otis ha-
us, ut
noscen-
tionum
, p. m.
) 29.
cipiis in
atem, o-
rative,
di libido
buma-
norma
r spicia-
(quod
aratur
non O-
nempe
ritudi-
Mathe-
proce-
tioni ne
, p. 43.
tis via
tiones,
conna

potest; quia *Veritatis essentia in unitate & simplicitate consistit*) susq; deque habet; in sequiori comminiscenâ frustra occupatus.

*Propediã
Pansophi-
cam & nos
volumus:*

*sed Moda-
lem.*

*Quã ne-
glectã A.*

Vidit optimus Vir, & rectis-
simè censuit, dissitarum Sci-
entiarum præcepta ab opini-
onum perplexitate ad rectam
Veritatis normam feliciter re-
vocari haud posse, nisi detur *uni-
versale intellectus directorium,*
harmonica Pansophia, normale
quoddam universæ Sapientie
promptuarium: In eo verò mul-
tum aberrat, quod non agnoscit,
tale Directorium, talem Panso-
phiam, tale Promptuarium, u-
nicè esse, accuratã *MODALIS*
SAPIENTIÆ, quam *APODI-*
CTICAM vocamus, *DOCTRI-*
NAM, indeq; pro manans infal-
libile *opinionem à Scientia secer-*
nendi artificium; sed modalicã
Pansophiã prætermisã, totus est
ia

in eâ fini adornando *PROM-PTUARIO REALI*, sive reali *realem in-*
tendit.
 quarumcunq; *Scientiarum colle-*
ctione: ratus, si Panlophicus e-
 iusmodi libellus, *quod fieri po-*
test, à communissimis & am-
 plitudine primis, *Metaphysicis*
nempe, notionibus sive notitiis,
 incipiendo, *gradatim & conti-*
nuatâ, nunquam interrupta, *se-*
rie progrediatur ad inferiora
 cuiuslibet Scientiæ principia, *ut*
quæ ab illis omne confirmationis
lumen atq; robur sumant, indu-
 bitatam habitum in emendati-
 oris, *verioris præsertim*, doctri-
 næ normam, vide p. 24. 28. 42.
 78. 91. 92. 144. *ibid.*

Cum tamen nec possibilis sit
 talis, qualem A. promittit (vi-
 delicet necessaria, immota, per-
 petua, evidens, causalis) gene-
 raliorum omnium principiorû
 sù specialiorib. coheretia, neq;

malè ad-
modum.

1.

ca

essentia
 e confi-
 n sequi-
 tra oc-

rectis-
 am Sci-
 opini-
 rectam
 iter re-
 tur uni-
 orium,
 normale
 pientie
 rò mul-
 gnoscit,
 Panfo-
 um, u-

DALIS
 PODI-
 OCTRI-
 is infal-
 a secer-
 odali eâ
 otus est
 ia

ea, in quantum possibilis, (indubiè enim inferiorũ Scientiarum principia *Metaphysicis* quadantenus subordinata & his *doctrinae* quoq; ordine posteriora sunt) ad rem faciat.

Non nego adornari posse *Systema Pansophiae realis*, quod, *ceu collectiva quaedam Intelligentia*, à *Transcendentalibus* principiis incipiens, omnium Scientiarum potiora elementa certò quodam ordine comprehendat, idemq; suum aliquem, *ad conferendum nempe tyronibus Sapientiae omnis prae gustũ*, usum habeat. Quid verò, si in hoc ipso hinc inde locus detur *præconceptionibus*, & *commentitiis lemmata pro veris principiis*, *dubia pro certis*, *argumenta dialectica pro demonstrationibus*, *opiniones pro veritate vendantur*? Neque enim satis est, quod *Prodrromus* passim dicit & vult, *omnia*

nia tradenda esse demonstrativè,
 non nisi per se evidentibus standū
 principiis, nec ferendas vanas o-
 piniones: imò hoc impræsentia-
 rum cū primis querimus, quod
 pleriq; omnes eò modò prote-
 stentur, factò nihilominus post
 contrariū. Speciali documento
 esse potest *A. Physicum compen-
 dium*, quod, uti ad summum pro
 opinionibus opiniones reponat,
 alibi fiet manifestum.

Pansophicum igitur *Systema*
 illud per se nihil minus erit,
 quam intellectus nostri fax luci-
 da, veritatis norma stabilis, opi-
 nionumq; alexipharmacū; quin
 harum potius subterfugium &
 seminarium, nisi *A.* vel Lector
 veritatis normam atque viam
 aliunde calleat, eique gnaviter
 insistere didicerit.

Advertendum verò hic præ-
 terea, quod, si maximè talis liber
 aliunde cognitam **SCIENDI**
VERI

(indu-
 ntiarum
 quadam-
 s doctri-
 ra sunt)

posse Sy-
 quod,
 telligen-
 us prin-
 n Scien-
 ta certò
 hendat,
 ad con-
 us Sapi-
 sum ha-
 hoc ipso
 præcon-
 ia lem-
 , dubia
 dialecti-
 s, opini-
 antur?
 od pro-
 ult, om-
 nia

VERI METHODUM suppo-
 neret sive prærequireret, & vivâ
 praxi strenuè sequeretur; *aliud*
 tamen sit, nonnullus *Scientiarum*
pragustus, quæ ei, cæteris parib.
 largimur; *aliud* ipsa *Scientiarum*
 vel Sapientiæ perfectio; ut quæ
 non nisi è peculiari propriorum
 principiorum doctrinâ ac per-
 vestigatione haberi potest. Et
 4. tantum abest ut *specialium Scien-*
tiarum seu principiorum apo-
 dicticorum *Veritas* è notionibus
 communibus (de *realibus noti-*
is Autori sermo est) vel etiam
 certa *Scientiarum* ab *opinionibus*
 repurgatio ex concatenati-
 one theorematum specialium
 cum generalioribus præstolan-
 da sit, ut *contra*, secundum pri-
 mam Apodicticæ artis legem,
non nisi propria & (immediati-
 one, non generalitate) *prima*
principia demonstrationem &
scientiam; **COMMVNIA**, verò
 Dia.

Dialecticas tantum & opinabi-
 les collectiones *pariant* : quali-
 bet, *inquam*, *SCIENTIA* in suo
 foro è *propriis & domesticis* (quò
 sensu etiam *Metaphysica* propria
 sunt) suis docenda & addiscen-
 da est principiis, idque secundum
 specialiores *Apodictica* regulas;
communis autem lemmata, quod
 scitè monet *Arist. lib. 1. Rhetor.*
c. 2. neminem faciunt in aliqua
disciplina eruditum; ὁ ποιήσας
περὶ ὃ δὲν γένος ἔμψεονα. Quibus
 omnibus melioris intellectus
 causam subiunge sis consideratio-
 nem placiti de longissimè petitis,
 non minus ad *opinantium* quam
scientium Andromachem aptis,
 NORMIS, quod à p. 62. extat.

Opinionis igitur *h. e.* ab opini-
 one, ad opinionem & pro opinio-
 nibus est via illa universalitatis
 realis collectivæ.

Hæc quia præsentis nostro in-
 stituto haud parum affusura lu-
 minis

suppo-
 & vivâ
 r; aliud
 entiarum
 s parib.
 entiarum
 ut quæ
 riorum
 ac per-
 est. Et
 m Scien-
 m apo-
 ionibus
 us noti-
 el etiam
 pinioni-
 atenati-
 cialium
 stolan-
 um pri-
 legem,
 mediati-
) prima
 sem &
 A, verò
 Dia.

minis videbantur, non potui nō
b. l. obiter adnotare; cætera, ut
quæ præterea circa ægritudinum,
causarum & remediorum recen-
sionem monenda, perperam item
admista Theologica, tanquam è
 communibus cum humana Sa-
 pientia principiis rectificanda,
restrictionem deniq; demonstra-
tionis ad locum Cause & Effectus,
aliq; hac impertinentia, con-
 sultò prætergressus.

Comenius
excusatus.

Absit autem *doctissimi Viri* me-
 ritis, honori, famæ, rigidiori
 hac censurâ quicquam me dero-
 gatum ivisse, quis existimet. In
 particularibus controversiis dis-
 sentientium autorum nomini-
 bus atque scriptis allegandis,
quoad licet, parcendum esse, fa-
 cile concedo: hinc verò, ubi pu-
 blica, ad Scholarum & Christi-
 anæ Reip, Salutem ex professo
 attinens; *causa* agitur, ubi DEO
 & Veritati insolidum omnis re-
 signanda

signanda gloria, minusq; convenientia aliorum consilia disertè & confidenter improbanda, aliter se rem habere patet. Est tamen ut *Cl. Viri conatum & magis* adhuc scopum, nihilosecius laude judicemus dignissimum: vituperiò in eos redundante, qui omni hìc sollicitudine vacant, *seculi errorem* sartum tectum cupiunt, vel aliorum operam reprehendere tantum amant, ipsi meliorem navare nescii vel reculantes.

Equidè, necesse omninò, nò laudabile solum est, ut juxta desideratum accuratè veritatis bonum, etiam *luculentioris coherrentia, facilis perceptionis, presentioris usus, & ubiq; celebrandi Creatoris scopum* habeamus propositum, dolendum quoque, quod pauciorum desideria vel studia digno se Zelò isthuc contendant: sed nulla prorsus ex

G

parte

parte talis emendationis spem
in salvo esse, nisi ante omnia ob
oculos sit, unicè recta certa que,
b.e. apodictica, verum sciendi o-
pinionemq; arcendi via, neque
hac posthabitâ, ullo alio, *quan-*
tumvis plausibili, medio sustine-
ri posse, nobis modò fuit osten-
dendum.

V. Summè
SALV-
TARIS.

AD

Institutio-
nem Phi-
losophicâ,

Ex his omnibus *quintò* inno-
tescit, quàm sit eadem Scientiar-
rum via fructuosa & salutaris:
sive discentium *informationem*
sive *controversarum questionum*
finitionem, eamq; *Philosophicâ*
vel *Superiorem* respiciamus.

Et primò quidem *Philosophi-*
ca omnis *institutio* eâ ratione
haud dubiè ad votum felix erit.
Quid enim amplius requiri vel
optari hic possit, quàm *Logicâ,*
Metaphysicâ, Naturalis & Mora-
lis Philosophiæ elementa atque
præcepta, nō minus ac *Geometri-*
ca, haberi *certa* seu *immotè &*
induc-

indubitatio vera, *per se* evidentiā,
 brevia & nervosa, liquidō ordine
 fluentia (non per saltus & hia-
 tus ruentia) *perpetua* & ubique
 locorum eadem; *ab opinionibus,*
 erroribus, difficultatibus, *ἀλαξία*
 & confusione, admittis item
 commentis impertinentibus &
 sterilibus, viæ deniq; *quæ eundē*
 incertitudine, *liberata*; cessare
 gravamen quod *Seclorum diffi-*
dentia & Epitomarum varietas
 atque numerositas adfert; de-
 nique, *unō mense plus profici* in
 verā addiscēda v.g. *Logica, Phy-*
sica &c. quam alioquin integrō
annō; idque cum *discentis pari-*
ter atque docentis animi delecta-
tione? nihil profectō.

Hoc verō omne explanatā ini-
 taque toties deprædicatā viā, *bo-*
no cum DEO, obtineri posse, fa-
 cilè pervidet quicunq; hætenus
 dicta verè intelligendo penetra-

is spem
 nnia ob
 ertaque,
 iendi o-
 , neque
 , quan-
 sustine-
 it ostent-
 è inno-
 cientiar
 alutaris:
 ationem
 estionum
 sophericā
 nus.
 ilosophi-
 ratione
 elix erit.
 quiri vel
 Logica,
 & Mora-
 a atque
 ometri-
 motè &
 indu-

vit, nosq; ipso opere olim com-
monstrabimus.

*Theologi-
cam &c.*

Eadem hæc suo modo perti-
nere ad *Institutionem Theologi-
cam, Iuridicam, Medicam*, in
quantum scilicet hæ ab exculti-
ori Rationis lumine, dexteriore
ingenii subactione, nervosiori
*Metaphysica, veriori Physica, E-
thica &c.* cum primis autem ac-
curatâ *Apodicticâ* dependent,
nemo sapientum inficiabitur,
amplius verò manifestum erit
per ea quæ *lib. 1. & 4.* trademus.

*DISCE-
PTATIO-
NES Phi-
losophicas,*

Omniū porrò de consensu
perquam felices forent Philoso-
phicæ Scholæ, si nullæ *ibi* essent
inextricabiles controversiæ, odi-
osæ disputationes, pro diversis
opinionibus ac partibus, *in ma-
nifestam Veritatis fraudem*, cum
ingenti animorum exacerbati-
one, mutuis injuriis, conscien-
tiarum oblæsione, magno di-
scantum scandalo ac detrimen-
to,

to, *citra finem & modum* sæpe numero gliscentes lites, contentiones, altercationes &c. aut saltem præsentaneum certumq; *istarum* haberetur *remediũ* cum *therapeuticum* tum *propylacticum*: tale verò medium & remedium est, nobis *proposita E-MENDATIONIS* illa, *b. e. analytica rescindendarum opinionũ*, **VIA.**

Neque dispar ratio est con- *Theologo-*
troverfiarum atque digladiatio- *gicæ &c.*
num *Medicarum, luridicarum,*
Theologicarum, competentibus
suis à principiis, cum conspicuo
vincentis veritatis triumpho,
adversus obsistentes opiniones
& quæ *pro his* adduci solent, epi-
theremata, argutationes, cavil-
lationes, feliciter longè, *b. e. ex-*
peditius, solidius, nervosius & ef-
ficacius, tanquam à summo ju-
dicio, *finiendarũ*: cuius *utriusq;*
asserti *pro re natã* sufficiens de-

claratio atque confirmatio re-
peti è superioribus potest.

*Sapientem
animi de-
missionem.*

Adde quod hac ipsa ratione
vana deprimatur nonnullorum
ingeniorum elatio, nimiaq; *con-*
fidentia, prohibeatur *novitatis*
& inanis gloriolæ affectatio, cum
omni, quæ inde redundat, stu-
diorum noxâ: dum nempe cla-
rissimè hinc patescit, quousque
intellectus noster *sciendo* assur-
gere vel *opinando*, missâ pulve-
(speciali v.g. rerum essentia) *vi-*
trum lambendo, & *cacitatem* *ag-*
noscendo, repere teneatur: a-
deoq; non cavetur solum, ut *ne*
ager is sit (in opinione hæreat)
ubi (sciendo progredi) **VALET:**
(inde namq; post sequuntur o-
piniones veritati obnitentes, de
quibus hætenus:) sed & *ne va-*
lere se persuasum habeat (id quod
Physicis quibusdam in more po-
situm) *ubi ager est*: cuius poste-
rioris perversitatis uberior con-
fide-

fideratio videri potest in *dissert. de Indivisibilit. anim.* Nimirum genuinâ hâc perficiendarum disciplinarum viâ, non SCIRE solum docemur, sed *scientia* etiam ac *nescientia* licetq; *opinionis* limites atque terminos: (juxta illud: *ibant quâ poterant quâ non poterant, stabant:*) nihil minus verò ea promittit, quàm (homini notoriè denegatam *plenam ubiq; Scientiam*. Estq; haud rarò laudatior multò *Sapientia*, ibi, *ubi propriorum principiorû aqua hæret, deprehendere, perspicere, edisserere, connata imbecillitatis & caliginis morbum, cum opinionis tenuitate, quàm alibi omnem innumeratò habere Scientiam.*

Et hoc sensu verum omninò est, quod *Sapientia amplior sit Scientia*: quia non solum *per unum sciendo sapiamus*; sed etiam *sciendo quousq; scire liceat vel non liceat.*

atio re-
ratione
allorum
iaq; con-
novitatis
tio, cum
lat, stu-
mpe cla-
uousque
do assur-
isâ pulce-
ntia) vi-
itatem a-
catur: a-
m, ut ne
e hæreat)
VALET:
untur o-
tentes, de
& ne va-
(id quod
more po-
ius poste-
rior con-
fide-

ceat. Neq; dici satis potest, quot
& quàm bonorum fructuum fe-
rax sit ea ipsa *ignorantia scientia*
siquidem, *ubiubi decet*, cordatè
se exerat: quos inter haud po-
stremus est, vera *animi modestia*
& *humilitas*, illa erga proximū,
haec erga DEUM refulgens.

*Pietatis
studium.*

Ut vel hinc reluceat eâdem
hâc Scientiarum methodo *di-*
scentes, saltem quoad per naturæ
lumen fieri potest, *manuduci*
quoq; ad agnoscendum, celebran-
duos metuendumq; Creatorem.

Equidem, omnes facilè con-
cedimus, post *Scripturam* rectæ
Rationis dictamine, & partim
quoque *saniorum Ethnicorum*
attestatio convicti, nulla non in-
feriora bona finaliter dirigenda
esse ad verè *SVMVM BO-*
NVM; etiam Philosophicas
Scientias *principali pro scopo* ha-
bere *DEI concelebrationem*; ab
iis quæ sana Ratio de DEO eiusq;
ope-

operibus verè meditatur & cognoscit, non ultimam pendere Divinæ gloriæ partem, veram item Philosophiam non parum facere ad veram Theologiam, falsam *contra*: nobis denique Christianis, etiam sublimiori in subsidium vocatò lumine, per omnem seu Institutionem seu Disputationem Philosophicam *pro re natâ* cordatè contendendum esse ad suscitandos *timoris & amoris Divini* igniculos, non verò Gentilium more mussitandum hic.

Verum si rem ipsam & vulgaris Philosophiæ praxin contuemur, valdè metuo, ne magnâ ex parte plus quàm satis verum dicat ex adverso instituta *Doctissimi Comenii*, quam l. c. p. 35. legere est, acerba lamentatio.

Pleriq; ait, *Sapientum nostrorum* equè, ut illi (Ethnici) absq; *DEO* sapiunt: nimirum nec ab

Illo haurientes nec ad illum dirigentes sapientiam suam; alia cum oblivione DEI omnia agunt, se tantum & cetera corruptibilia respectantes; sibi & illis inservientes, & mox: Quis ab illo (id est timore eius) Sapientiae suae initium facit? Quis per illum sapere (h. e. Verbi & Spiritus eius ductu regi) querit? Quis in illum Sapientiam suam terminari (h. e. eius unius gloriae se & omnia sua devovere) cupit? Abscondita sunt ista ab oculis plerorumque. A nobis ipsis incipimus, per nos ipsos proficimus, ad nos ipsos tendimus. Incipimus à fiducia nostri, innitimur viribus & lumine nostro, tendimus ad, commodum & gloriam nostram; eoque, à nobis ad nos relabimur, & per creaturarum vana hinc inde trahimur, & rapimur, donec evanescamus ipsi quoque. Hæc ille.

Opinio
glorie Di-

Neque verò eius mali causa
pro-

proxima h. l. allegari alia potest
quàm animorum ab analytico
Veritatis studio ad lectandas o-
piniones relapsus. Opinionum
namque servitium oppidò im-
pedit, quò minus vel *in se* intret
homo, & *γνώσιν ἐαυτοῦ* cordatè
assequatur, vel in Divini nomi-
nis Gloriam ad eorum, quæ ex-
tra se sunt, accuratam meditati-
onem adspirare possit: quemad-
modum & *contra*, quicquid u-
spiam à diviniore sapientiâ ab-
ducit, hominemq; ad se ipsam
ad suam gloriâ, suum commo-
dum vel placitum quærendum
vertit, (quantum ad intellectus
vitium) nil nisi *Opinio* est

Nullam itaq; huic morbo me-
delam citra nobis propositam
Scientiarum viam sperare licet.
In hac verò dum rectò pede in-
cedimus, à nobis certè ipsis, ab
opinionum lenocinio, à devia
lectatione avocati, ad *γνώσιν Sa-*

vine im-
pedimen-
tum.

Vera Phi-
losophia
Pietatem
& prom-
vet,

m diri-
alt à cū
unt, se
otibilia
nservi-
illo (id
sua ini-
m sape
us ductu
lum Sa-
ri (b. e.
nia sua
condita
umque.
per nos
sosten-
cia no-
lumine
modum
à nobis
creatu-
abimur,
escamus
li causa
proe

scientie studium provehimur, a-
 nimum nostrum suo modulo
 metiri discimus, & subinde ad-
 monemur *admiranda* Divinae
Potentiae atque *Sapientiae*, *per-
 amanda* Bonitatis, *metuenda* Ju-
stitiae &c. Quandoquidem re-
 cta Ratio eiusque; acquisita perfe-
 ctio residua quaedam particula
 est amissae imaginis Divinae,
 tanquam eius lucis scintilla: a
 cuius rectitudine donec Philo-
 sophia non recedit, haud dubie
 aliquousque; recta procedit ad *Sum-
 mum Bonum*. Unde ipsi Genti-
 les, nisi in opiniones & adscititias
 tenebras ruissent, deduci potuis-
 sent ad meliorem quandam *Theo-
 sophiam*, ad desiderandum etiam
 suscitandumque; *Revelationis lu-
 men*; eodem modo quo secundum
Aristotelem in *Logicis*, ἀπορία
 ὁδός ἐστι πρὸς εὐπνοσίαν.

Et ab hac
 spe nate t,

Sicut autem plana rectaque; Ve-
 ritatis, quam *Rationis lumen*
 evi-

evidenter monstrat, via, eò pa-
 -ctò *à priori*, ut manu ductio quæ
 -dam, addicta est Pietatis exerci-
 -tio, ita porro etiam *à posteriori*,
 -ut *sublimiori lumine* adversus o-
 -mnæ aberrationis periculū mu-
 -nienda, *EIDEM* conjungi desi-
 -derat. Quicquid etiam sit de ve-
 -ræ Philosophiæ *formali*, quam
 -vocant, *ratione*; *In concretò*
 -certè, ex connata nobis labendi
 -proclivitate, ab errorum præci-
 -pitiis *ea* vix uspiam esse tuta po-
 -test, nisi adstante *rectioris Con-*
 -*scientiæ*, impensius *observanda*
 -*Revelationis serieq;* Pietatis stu-
 -diò prohibeatur atq; dirigatur,
 -His ipsis verò præsiidiis si muni-
 -tus sit *Philosophi animus*, non so-
 -lum immorè (*alioquin autem*
 -*parum tutò*) in verâ viâ consistit,
 -verum etiam quavis occasione
 -datâ in calidas effunditur *CRE-*
 -*ATORIS* sui laudes, tenerisq;
 -mentibus Pietatis calcar addit:

mur, a-
 nodulò
 de ad-
 Divinæ
 e, per a-
 de Ju-
 dem re-
 a perfe-
 articula
 vivinæ,
 tilla: à
 Philo-
 d dubiè
 ad SUM
 Genti-
 scititias
 potuis-
 a Theo-
 a etiam
 nis lu-
 indum
 à πρῶτα
 q; Ve-
 lumen
 evi-

euius, *docentibus* unà cum Chri-
stiani nominis jure *graviter in-*
juncta, virtutis, jam ante menti-
onem feci.

Neque immeritò huc præte-
rea referes *præcellentissima*, in
Proverbiis & Syracide quæ ex-
tant, *Sapientie encomia*.

De cæteris huic vitæ inservi-
entibus, *civilibus* pariter & *me-*
chanicis, genuinæ Philosophiæ
usibus, non est ut quicquam du-
bitetur vel dicatur hic: cum, *si*
resectis opinionibus solida veri co-
gnitio felici incedat gressu, nulla
non præstò sint bona, quæ inde
proficisci, per opiniones verò
impediri possunt.

Nihil horum inania intra ver-
ba consistere, sed cuncta optatò
comprobari effectu posse, mo-
dò ne serius *prænobilem viam*
capescendi animus deficiat, cõ-
victissimus sum.

VI. Pror-
sus IN.

E præmissis omnibus liquidif-
simè

simè jam patet, quod eadem hæc **CVLPA-**
emendationis ratio, ipseque corda- **TA.**
 tè impensa opera, moraliter
 quoque optima, iusta, inculpata
 neminiq; injuria sit.

Qui saltem manifestam ullam
veritatem adversus *opinionem*
 decenti studio urget, haud qua-
 quam dici potest, novatorem a-
 gere, ostentandi ingenii & φι-
 λοδοξίας studio duci, φιλονεικίαν
 spirare, aliorum impugnationē
 affectare, famam lædere, lites se-
 rere, regno literario turbas da-
 re, studia impeditiora reddere;
 uti quidem is qui *Opinionem* ad-
 versus *Scientiam* incrustare niti-
 tur: esto etiam quod *ex acciden-*
te nonnunquam *opinionis* de-
 fensor bono, *Scientia* verò *enor-*
mis (qui tamē ipse ad coincidē-
 tem aliquam *opinionem* refe-
 rendus) esse affectu queat: nam
 de eò quod *via* quamquis it, &

Chri-
 ter in-
 nenti-

præte-
 na, in
 uæ ex-

nservi-
 Et me-
 sophiæ
 am du-
 rum, si
 veri co-
 , nulla
 æ inde
 s verò

tra ver-
 optatō
 e, mo-
 n viam
 iat, cō-

iquidif-
 simè

termino quò it, per se convenit,
nunc loquimur.

Quod si ergo particularis quæ-
que *Scientiam ab opinione* fecer-
nendi *metodus* atq; *intentio* per
se, &, si nihil *exorbitantis affe-*
ctus admiserit, extra omnē præ-
dictorum scelerum culpam est:
quantò magis id verum erit de
universali *Scientiam ab opinio-*
nibus, *pravisq;* harum fructibus,
vindican*di* *instituto*.

Obiectio-
nes,

1.

TRIA tamen sunt, quæ mihi
haud injuriâ hic objici posse,
quis existimaverit fortasse. 1.
quod *bac* *ratione* *oppidò* *pericli-*
taretur & *magnam* *partem* *cor-*
rueret *PHILOSOPHIA* *ARI-*
STOTELIS, *qua* *cum* *tamen*,
tanquã *omnium* *optimã*, *Chri-*
stiana *Schola* *tot* *secula* *quiete* &
feliciter *transegerint*, *quamque*
diversarum *Academiarum* *sta-*
tura *unicè* *sequendã* *præcipiant*:
Vnde nihil certius videatur fu-
turum.

turum, quàm è pacato irrequie-
tus redditus literariæ Reipubl.
Status,

2. *Quod meus iste labor non
possit non in ignominia & offensi-
onem Clarissimorum Antecesso-
rum, qui in tritiori via substite-
rint haftenus, hic verò in ordi-
nem redigantur, erroris arguan-
tur & impugnentur, excurrere.*

20

3. *Quod, non secus ac si om-
nis in opinionem & errorem la-
psus à me alienus, & nemo ita
perspicax in mūdo sit vel fuerit,
grandia nimis pollicear; quæ, si
in hominem Caderent, à tot do-
ctissimis Viris, qui ante nos fue-
runt vel hodieq; vivunt, dudum
pariter fuissent animadversa at-
que prodita.*

30

*Sed salva res est. Et primò
quidem, an & quàm feliciter de-
gerint Scholæ nostræ cum Phi-
losophia Aristotelico-Scholasticâ
(quam omni alii Sectarie præ-
feren-*

Resp. ad r.

convenit,

ris quæ-

ne fecer-

ntio per

tis affe-

nè præ-

am est:

erit de

opinio-

tibus,

æ mihi

ci posse,

talle. 10

pericli-

em cor-

ARI-

tamen,

à, Cbri-

uiete &

quamque

um stae

ipiant:

tur fu-

turus,

rendam esse, non interim diffi-
 teor) *alibi* pluribus considerabi-
 tur. Jam hoc solum teneatur ve-
 lim, quod meum propositum
 planè non sit, *Aristoteleam Phi-*
losophiam subvertere: quin imò
 quâ parte illa Veritatem opinio-
 ni antefert, meò studio & robur
 & laudem acquireret: quâ verò *in*
fraudem Scientiæ suas sectatur *Op-*
piniones, per ea, quæ lib. iv. v. vi.
 tradentur, *nolim velim*, pessum
 ibit, tamen *ipsum* ne mentio
 quidem fieret.

Absit autem à me, ut, *dum*
libr. II. recensendis studiorû Phi-
losophicorum morbis & impedi-
mentis operam dabo, ultra ea,
 quæ res ipsa palàm loquitur,
 quicquam in Peripateticâ do-
 ctrinâ reprehendam, vel, si tale
 quid placidè monuero, alii id
 malè accipiant.

Ego sanè, si quisquam alius, *A-*
ristoteli eiusque *scriptis debitum*
 imper-

impertiam *honorem*, utque ab aliis impertiatur faxo: Licet hoc, cum bono DEO, obtenturus sim (*quod & tacente me rerū Veritas exigit*) ut *Aristotelis* testimonia ad probandam *scientificam thesin* non plus valoris habeant, quam cuiusvis alterius Philosophi; adeoque *superstitiosus eiusdē Cultus & Consecratio*, nō verò protinus ipsa etiam *lectio honorificaq; allegatio* omnis dispereat.

Aristoteles, mortalium unus, nec unō modō impeditus, sat multa præstitit; neque, quod non jam olim gaudere nobis licuit Philosophiā usquequaq; rectori, eius culpā factum est; sed *posterorum*, qui serviliter *OPINARI*, h. e. alterius placita sectari, quam amplius & ingenuē *SCIRE*, quod quidem *diversa per subsidia ipso Aristotele melius multō potuissent*, maluerunt.

Lo.

n diffi-
derabi-
tur ve-
osicam
m Phi-
in imō
opinio-
robur
verò in
atur O
IV.V.VI.
pessum
mentio

t, dum
orū Phi-
impedi-
ultra ea,
quitur,
icā do-
el, si tale
, alii id

alius, A-
debitum
imper-

LOGICAM *Aristotelis* palmari laude dignam judico, nullus dubitans, quin si plus *in eâ perficienda*, quàm *adstrictè* nimis *excolendâ*, vel (*P. Rami* *exemplò*) *leonino dente arrodenda*, laboratum fuisset, & *hec & universa Philosophia* dudum se habuisset *rectius*.

Et quid, si dicam, eorum penè omnium, quæ ad accuratius constituendâ *Apodicticâ* requiro, haud obscura vestigia extare in *Aristotelis* scriptis. Scriptis *inquam*: nam *posteriora analytica* sola, uti scopum, quem *adæquare* debuissent, *vix partialiter attingunt*, atque hinc *tum Philosophicis*, *tum aliis scientiis* plus multò *impedimenti* quàm *subsidii* attulere; ita *apodicticâ Autoris* peritiam nequaquam exhauriunt. Quod si tibi ad fidem difficile, discas licet ex acutissimo *Aristotelis* interprete,
IOH.

IOH. NELDELIO, Prof. quon-
 dam Lipsensi; qui, nisi in qui-
 busdam, quæ tamen *de nomine*
 magis quàm *de re* esse putabuntur,
 à me discreparet, verè dici pos-
 set, in suo de *VSV ORGANI*
tractatu nostratis operis initia
ex ipso Aristotele posuisse. Utut
 sit, non certè exiguo animum
 meum gaudio affecit, cum pri-
 mùm obtingeret videndum,
per quam mihi amœnum PRATUM
 illud LOGICUM, h. e. *Aristoteles*
& universus ad eò Peripatus rea-
 pte mihi ὁ μὲν ἵππος: IN EO puta,
QVOD apodictica Doctrina o-
 mnibus Scientiis (*Disciplinis,*
quibus accurata Veritas proposi-
ta) convenientes solidæ cog-
 nitionis tradere leges debeat:
QVOD principalis eius doctri-
 næ nervus consistat in exactè
 cognito observatoq; discrimine,
 inter *argumenta Dialectica* (o-
 pinabilia) & *didascalica* (scien-
 tifica)

al mari
 us du-
 erfici-
 nis ex-
 mplô)
 , labo-
 niversa
 buisset
 n penè
 aratus
 requi-
 extare
 criptis
 analy-
 em ad-
 artiali-
 nctum
 cientiis
 quàm
 dicticâ
 aquam
 i ad fi-
 ex acu-
 prete,
 IOH.

tifica) quod est : *QVOD* nulla sit ratio Philosophica , nisi ex apodicticis, propriis & reapse evidentibus principiis per se fluens : *QVOD* turpe sit, *OPINARI* & epicherematis ludere , ubi *SCL-
ENDVM*, sive, è propriis principiis solidè & evidenter quid adstruendum : *QVOD* omne Naturalis v. g. Scientia vel Moral Philosophia lemma vel præceptum didascalicè seu scientificè h. e. certò & evidenter, verum sit oporteat.

Vtinam verò ipse *Aristoteles* hæc, quæ ipsius ad ductum, cum aliis eò pertinentibus, *Cl. Neldel. d. l.* inculcat, in poster. analyticis *SIGNATO*, alibi *EXERCITO* actu melius quàm fecit, expressisset ! longè profectò veriore nobis reliquisset *Apodicticam*, *Physicam*, *Ethicam* & c. Et quid non porrò in perficiendâ Philosophiâ præstitisset ipse *Neldelius*, quid

NOB

non quilibet eruditiorum Peri-
pateticorum, si modò *apodicti-*
ca illi sapientia ledulò studio in-
stitissent, non verò sequiori *A-*
ristotelis dictaturæ Scholasticis-
que commentis adeò fuissent
mancipati? Vix certè quicquam
superesset, de quo nobis hodiè
laborandum.

Sic ergo patet, *fundamentales*
emendationis Philosophia Leges
in ipso haberi *Aristotele*, nec Pe-
ripateticā Philosophiam ullius à
me damnatum iri erroris, quin
valida damnationis ratio ex ip-
sius Philosophi scriptis in prom-
ptu sit. Tu ne putabis, injuriam
fieri Peripateticæ *Physicæ* vel *E-*
thicæ, si eius principium vel præ-
ceptum aliquod ideò exterminetur,
quia *Scientiæ legibus* non
congruit, sed litigiosa opinio
est? Atqui verò Maior propo-
silio ipsius est *Aristotelis*, à que
me nihil amplius requiri potest,
quàm

o nulla
si ex a-
le evi-
fluens:
ARI &
oi SCI-
is prin-
r quid
omne
vel Mo-
el præ-
entificè
verum

stoteles
n, cum
Neldel.
alyticis
o actu
misset!
n nobis
Physi-
id non
sophiâ
, quid
non

quàm ut *Minorem* ad oculum
demonstrem.

Mirum verò dictu, quod do-
Etissimus Neldelius QUINQUA-
GINTA QUINQUE enumerat &
adsignat *differencias*, quib. *pro-*
batio Dialectica ab *Apodictica*
distinguetur; & tamen utra-
rumq; cōfusione nihil videmus
frequentius, nihil usitatius esse.

Quare omni jure licebit, pro-
vocemus ab *Aristotele* errante ad
Aristotelem Sapientem, siquidem
eius autoritas tanti facienda.

Neque hætenus dictis obsta-
re potest ullum ullius *Academix*
pro *Aristotele* latum statutum,
sive id *obscuriori ævo* natales
suos adscribat, *sive* *respectivè* so-
lum, respectu sc. adversantis *Ra-*
mi potissimum, intelligi velit,
sive aliâ ratione excusandū fiet.
Hoc extra dubiū est, quod nullâ
nobis lege injungi possit *SE-*
CTANDI Aristotelis tradendæq;
opt.

opinionis studium ; Esset enim
ea apertè reprobata, in *DEUM*
 & *sciendam Veritatem* injuria,
 & hoc ipso nulla.

Est verò & hoc supra satis o-
 stensum, quod legitima Scien-
 tiarum via, quam unicè deside-
 ramus, omni ei malo, unde stu-
 diorum conturbatio cum dissi-
 diis suboriri solet, medeatur po-
 tius, quàm ulli ansam det : ne-
 que *ipsi* vel nobis id imputan-
 dum, si fortè irrequietorum,
 quorundam ingeniorum perti-
 nacia malam *Opinionibus ser-*
viendi consuetudinem antiquis-
 simæ Veritatis libertati mordi-
 cus præferre etiamnum velit.

Unde statim alterum quoq;
 concidit *ἀντιπίπτειν*.

Ex prævalido seculi errore
opinionibus inhaesisse atq; sic er-
rasse, nemini ignominiosum
 est : multò minus errorem talem

H

agno.

Ad II.

oculum

quod do-

QUA-

nerat &

uib. pro-

odictica

en utra-

videmus

tius esse.

bit, pro-

rante ad

iquidem

enda.

is obsta-

cademiæ

atutum,

natales

ivè so-

antis RA-

gi velit,

ndū fiet.

od nullā

llit SE-

adēdaq;

opi-

opi-

opi-

opi-

opi-

opi-

opi-

opi-

agnoscere tandem, & pro communi Scholarum bono in Veritatis Deiq; gloriam, ad emendationem (activè & passivè) propenso esse animo. Ea demum DEI & hominum de judicio vera est ignominia, quam quis erroris obstinatione sibi ipsi attrahit. *Commune*, idque inveteratum, profundum & cum maternò veluti lacte adscitum, *Scholasticæ educationis malum*, nemini seorsim imputatur, nisi quis sciens volens, oppositò Bonò, quod assequi posset, spretò, *ILLI* obstinatè adhærescat.

Etiam mihi olim (quinto ab hinc lustro) receptis opinionibus nihil carius, nihil antiquius fuit: Ideone verò, DEI beneficio agnitam in vitamque, rectiorem viam dedecori duxerim? Sine dubio maledicta est tuendi nominis intentio, quæ Creatoris nomi-

homini ignominiosa, quæ à Veritatis & proximi dilectione recedit, quæ publicum emolumentum, unà cum conscientia sacrario, susq; deque habet, Sancta verò ignominia est, *si quæ est, CEDERE VERITATI, & huius causâ nullis non, etiam ardentissimis, valedicere placitis: id quod vel ex ipso Aristotele lib. 1. Ethic, c. 4. discere est. Videas igitur, Christianus qui es, ne dum affectatè animum in contrariò obfirmas more, per rectum Ethnici hominis attestatum, coram summo Iudice confundaris olim.*

Cæterum ad meum quod attingit laborem, in veriori ostendendâ explanandaq; Scientiarû methodo, *primario suo scopo, sic ille occupatus erit, ut impedimentorum amolitio obiter solum ei curæ: Communes, quibus con-*

traveniendum, errores, PER-
 CENSUISSE tantum, non minorē
 partē fuerit & CONFUTASSE,
 si juxtā luceant genuina Scien-
 tiæ principia: non è labefacta-
 tis aliorum sententiis meæ fir-
 mamentum, sed è firmitate evi-
 dentis veritatis inanium opini-
 onum ruinam quæro. Præterea
 cum nullius hominis *Personæ*
 neque *directè* cum ullius *scriptis*
 mihi res erit. Tandem, quā de-
 cet, quā potero, modestā dexte-
 ritate omnia, quæ ex institutō
 mihi incumbunt, exequar: *Quē*
igitur bonorum offenderem?

Ad III.

Ex his & superioribus omni-
 bus deniq; liquet etiam, quā
 procul à me sit *animus* aliis præ-
 ripiendæ *gloriolæ* avidus, ut qui
 nihil æquè in votis habeo, quā
 ut omnes agnoscant atq; memi-
 nerint, *sibi non ignota esse, quæ*
egò verè traditurus sum.

Et

Et primò sanè novimus, quod
Philosophicarum disciplinarum,
 & *Institutionis & Disquisitionis*
 in viâ qui occurrunt, *morbi*, nō
 paucis *ante me* satis perspecti
 multi etiam de parandis reme-
 diis solliciti fuerint : *pertinent*
namq̄ huc particulares quoque
nonnullorum conatus. Est porrò
 & *MEDICINÆ*, quàm præ mani-
 bus habeo, *BASIS* omnibus nota,
 neque ceu novam & peculiare
 meum inventum, traduci po-
 test. Omnibus commune est
rectæ Rationis lumen, è cuius
 limpidò fonte vera cuiusq̄ Sci-
 entiaè principia ultrò fluere vo-
 lumus.

Ad hæc, quod *SCIENTIA* non
 sit *OPINIO*, & *contra*; & quan-
 tum *ista* ab *illa* distet, quæque
 præterea hanc in rem tùm *supe-*
rius, tùm paulò *ante* è *Cl. Nelde-*
lio adduxi, nemo eruditorum i-

gnorare se dicet. In his autem
omnis consistit emendatoria
nostra Sapientia.

Ecquid verò tot præclari no-
minis *Aristotelicis* (de aliis quib.
Apodicticæ vel nomen exosum,
non est solliciti sumus) impedi-
verit, quò minus, *libero conuati*
luminis usu freti, id quod mihi
in votis & proposito est, quàm
pridem ipsi dederint effectum,
paulò ante indigitavi.

Adde, quod etiamnum cor-
datis omnibus integrum sit,
LABORIS pro Philosophica
Scholarum emendatione insu-
mendi DILIGENTIA mecum
contendere, quin & eius felici-
tate laudisque meritò me ante-
vertere.

Et quidni, posteaquam præ-
fertim *Isagogica* hæc ansa data,
fieret id, *si modò* à præstituendâ
dexteriori *analytica artis* face
feriò

seriò mecum studio incipere, in-
que *realibus* post simplicem na-
turæ luminis ductum fideliter
sequi, *animus sit?*

Quod & ego in eorum, qui
ad errorem proclives, *h. e. homi-
num*, censu continear, atq; hinc
nec *ipse hic* pro errorum exter-
minatione susceptus *labor*, ab
errore omni simpliciter tutus
sit, libenter equidem agnosco:
Est tamen probè discernendus
error in principis, à lapsu ultra
citraq; *hæc*, vel circa eorū usum
admissō: *Ipsa genuina & fun-
damentalia Philosophiæ princi-
pia* tūm *Modalia* tūm *Realia*,
quæ quidem in hominem ca-
dunt, in se adeò *certa manifestaq;*
& cuius subactō ingenio, quod
ad accuratam meditationem
impigrum, *obvia* sunt, ut quan-
tum ad ea cognoscenda, omni
ferè errore homo superior esse

queat : quatenus verò benè etiam constitutis principiis non semper benè satis insistimus, principiorum *item* lumen alicubi deficere potest, errorum periculo nihilominus obnoxii sumus.

Quicquid igitur sit de cæteris, enim saltem lapsum à me alienū fore spero, quò id *pro principio & scientiâ* habetur, quod nihil minus, & *vice versa*, id *pro opinione & errore*, quod *verum principium & scientia* est.

Et quî tam enormiter laberer in tractatu, qui accuratè pervestigandis explicandisque eius enormitatis & causis & remediis insolidum dicatus est? Foret namque lapsus ille juxta domi accensum promptæ animadversionis lumen oppidò cõspicuis. Errorum porro nomine, quod *ex antea dictis notissimum*, com-
pre-

prehendo quasvis Scientiæ ad-
versas vel pro ea venditas *Opi-
niones.*

Sicubi verò seu in *Modalibus*
seu in *Realibus* me destituat certi
principii lux, cui sciendo ad-
stringar, *ingenuè*, nec sine ex-
presso aliorum sententias no-
scendi voto, *id fassus*, liberè in-
terim dicam, quid mihi videat-
ur verius atque melius: ea enim
talis *licita* omninò *opinio* est. Ad
assequendam deniq; *Philosophi-
ca* huius *Emendationis praxin*,
quàm non sufficiat *mea theoria*,
sed aliorum quoque *tum operâ
tum consiliò* opus sit, Liber III.
clare edocebit. Tantum abest
ut de me, quod *nimis quid mihi*
tribuam, jure quis conqueri ha-
beat, aut ipsum hoc institutum
ullo nomine reprehendendum
veniat.

Est igitur ut omnes, quibus
DEI

DEI sui gloria, Scholarum, & Christianæ omnis Reipub. salus cordi est & esse debet, Naturalem, Facilem, Indubitatam, unicè Rectam, ad votum Fructuosam, omninò deniq; Inculpata hanc Emendationis Philosophiæ viam quàm optimè sibi commendatam habeant, desiderent, quærant, & pro sui quisq; muneris qualitate mecum ineant atque promoveant: quod ut Divinâ ope fiat, enixè precor, opto.

Atque sic ostensum jam esto, superius expressam *mea*, ad tantopere hæctenus laudatâ Emendationem *pro virili* aspirantis, *opera curiosa* nihil continere *asserti* vel *promissi* quod veritatem excedat: quia nihil continet, quod non etiam *sine me* multi alii meditando assequi atque ipso quadantenus opere comprobare possint.

Pro

Pro Isagogico igitur hæc suf-
ficient. Primâ quavis *εὐγατεία*,
cum bono DEO, sequetur LI-
BER PRIMUS.

*Non nobis Domine, non no-
bis, sed Nomini Tuo da
Gloriam.*

Lege


P. 28. l. 8. *ρό*, uti
p. 29. l. 17. debebant
p. 91. l. 7. *veræque*
p. 100. l. ult. B. O. ab
p. 102. l. 10. *prædicatum*
p. 129. l. 8. Hinc 2. dico
Cætera, spero, leviora erunt.

FINIS.

172
General and a
compendious
PRACTICE
of the
Law
of
the
King
of
Great
Britain
and
Ireland
in
Parliament
assembled
in
the
Year
1718
By
John
Coke
Esq;
of
the
Inner
Temple
Esquire
and
one
of
the
Serjeants
at
Law
in
Great
Britain
Printed
by
J. Sturges
Printer
to
the
Honourable
House
of
Commons
in
the
City
of
London
MDCCLXVIII



Faint, illegible text visible on the left page, possibly bleed-through from the reverse side.



306654

ULB Halle 3
003 505 952




f

Sb.

VD 77 M. C.





ECCAR
Saltzung
Med.

PHIL
SCHO

JSA

Impensis
Typ

